(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

lo el Santo Doctor, que padecieron esta tormenta San Cle-
te Alexandrino, San Hypolito Martyr, Tertuliano, Eusebio
rriense, y otros muchos, inmediatamente dice: *Certè, si tan-
& tam eruditi viri fastidiosis Lectoribus displicent, quid mihi fac-
erant, qui pro tenuitate ingenioli invidorum morsibus pateo?*
Acontece à muchos Escritores lo que sucediò à los Discipulos
la Magestad de Christo; que teniendo virtudes muy heroy-
, fueron calumniados de los Escribas, y Phariseos, por una
ra falta de ceremonia: *Quare Discipuli tui transgrediuntur tra-
nem Seniorum? Non enim lavant manus, cum panem mandu-*
. Con sus manos muy lavadas, y conciencias denegridas for-
on los Phariseos su queja. Ellos estaban llenos de enormes
ctos, y reparaban en otros ligeras imperfecciones. Ellos se
aban montes; y no podian estomagar sin vomitos los defec-
s agenos. Los montes en ellos, aun no eran tildes; y tildaban
montes los apices agenos. No lo estraño: porque hay en el
ndo hombres, con propriedades de moscas; que teniendo un
mbre el cuerpo sano, se tiran importunas à picar en una posti-
la, que en el cuerpo se descubre. Deberian tales hombres qui-
primero de sus ojos la gruesa trabe de molino, para quitar
ues la pajuela de los ojos de los otros. Pero assi como fue
sima, y divina providencia, que del mineral de los chismes,
uego de las calumnias, sacasse Christo mas acendrado, y pu-
el oro del honor de sus Discipulos: assi tambien sale mas acri-
do, y fino el oro de la estimacion, y aplauso de los Escrito-
, calumniados por defectillos de poquissimo momento.

A demàs de ser este un gran consuelo à los Escritores calum-
dos, no dudo estar todos persuadidos, que echar plumas, ò
guas malditas borrones en ligeras faltas de otros, no es prue-
de feos tiznes en la fama, que denigran; argumento sí irre-
gable de desdoro en quien desdora. Ea, que sì: aquella pluma,
engua calumniante, que và salpicando borrones, primero man-
su fama, que la agena. Aquel carbon denegrido, antes deni-
la mano que lo maneja, que las paredes del templo de la fama,
e obscurece.

Yo, à lo menos, habiendo considerado con reflexiva atencion
la el alma de esta obra, la encuentro tan lejos de padecer de-
tos, *aun los* mas leves, que antes bien me parece, que es su
tor acreedor à el elogio, con que celebrò Seneca una obra de
cio Quinto (4): *Quantum in illo (Dij boni) vigoris est! Quan-
animi! Hoc non in omnibus Philosophis invenies. Quorundam scrip-
ta clarum habent tantum nomen, catera exanguia sunt.
Sextium, dices: vivit, viget, liber est, supra hominem
sin escrupulo de adulacion, y lisonja le aplicaria otro
con que Vincencio Lirinense elogiò à Tertuliano: (5) T
qua rationum densitate ejus oratio conserta est, ut ad con
quos suadére non potest, impellat.* Este es, dice, aquel
los periodos de la oracion puso tan vehemente espirit
quien con la viveza de la sentencia no le lleva, con la
arrebata. Assi sintiò el citado Autor de las obras de
Y como assi siento yo del Autor de este *Examen.*

Por cuya causa, y por no contener este Libro c
opuesta à nuestra Santa Fè, y buenas costumbres, ni
galías de su Magestad, se le debe conceder la licencia,
para que salga à la luz publica. Assi lo siento: *salvo*, &
Real Convento de Santa Eulalia de la Ciudad de Pamp
de Abril de 1770.

Fr. Juan Bautista S

(5) *Vinc. Lirin.* Com. 1. cap. 24.

---

*NOS EL DOCTOR DON JUAN MIGUEL DE ECHENI
nonigo de la Santa Iglesia Cathedral de esta Ciudad, F
Vicario General de este Obispado de Pamplona por el Ilust
ñor Don Juan Lorenzo de Irigoyen, y Dutari, Obispo
Consejo de su Magestad, &c.*

POr la presente, y su thenor, y por lo que à Nos
mos, y concedemos licencia, para que sin incurrir
ni Censura alguna, se pueda imprimir, è imprima un
titulado: *Examen de los Reparos interrumpidos de Don
Erro*; compuesto por Don Pedro Antonio Martinez de
Cathedratico de Gramatica de esta Ciudad: Atento à qu
do fido visto, y reconocido con nuestro mandato, nos
tado no hallarse en èl cosa alguna contraria à nuestra S
y buenas costumbres. Dada en Pamplona à veinte y
Marzo de mil setecientos y setenta.

Doctor Echenique.

Por mandado de el Señor Pr
Don Juan Joseph

S102
n-46827

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

de Ciceron, le trasladaſſen a Erro, aun no quedaria bien caſtigada ſu audacia. Quièn no ſepa, que Erro es Preceptor de Gramatica, y lea en ſu papel, que el Latin de San Geronimo es el lodo del Latin, què juicio harà de eſte hombre? Razon tiene, para hacer, el que quiſiere. En eſte ſepulcro enlodado quiere tambien ſepultar el Latin de los Concilios, y otros libros ſacros; lo qual todo apurado, es decir, que la Igleſia de Dios no ſabe Latin: bien podia éſta echarle uno de los conjuros, que tiene contra los nublados maliciosos, à vèr ſi deſterraba éſta nube de Erro tan preñada de ſobervia. Al Siglo de San Geronimo pertenecen los S.S. Cirilo Hieroſolimitano, Ambroſio, Aguſtino, y otras lumbreras de la Igleſia latina, que deben eſceptuarſe del lodo de eſte Siglo. Del miſmo ſon Lactancio Firmiano, llamado el Ciceron de los Chriſtianos, y ſu Maeſtro Arnobio, ambos Africanos, Juvenco Eſpañol, Didimo, Maeſtro de San Geronimo, Prudencio, Claudiano, y Auſonio. Pero eſto no obſtante, es preciſo decir con Erro, que ſon del lodo del Latin ſus eſcritos; pero, Erro, *erras*: porque quando

quiere, que lea lengua
las honras, que le dà Erro, y muchas
pero no deja de ſer muerta, por mas ho
que le haga, pues la fieſta de ho
es fieſta de muertos. De los Palacios de
dice Keenfer: *que todos ſon patios, zagu*
y corralizas, y tal es el Prologo de Err
éſta primera parte; quiſo diſponer e
un gran Palacio, en que vivieſſe la Le
latina; pero quedóſe eſte Palacio en Z
nes, y ſin viviente, pues concluye dici
que goza la Lengua latina mil prerrogativa
que carecen otras lenguas muertas: con qu
ne à quedar la fieſta de la Lengua latina
lada en la Gallofa de Erro, para el dia d
das las lenguas difuntas.

3 El cuerpo de eſte Prologo es un n
preñado, que viene à parir en ſu ultima
te el raton, que ſe figura, para impugn
Gramatica; pero antes que echemos à
raton el gato, veamos primero el vu
eſte cuerpo. Dice: *que muchos Preceptores*
ben enſeñar: quiſo decir Erro, que nin
pero contúboſe: temiò la turba. Dixo mu
para dejarſe à sì lugar entre los que

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ntrario, le haria éſta honra. Llévaſſe de
los methodos, que frequentemente ſe
en las Aulas de Gramatica, y empuña
ada contra el Seminario Victorienſe. Sin
quiere Erro ſer ſolo, pues hiere tan à
, y ſinieſtro. Una cuchillada dà en Vi-
, otra en Pamplona, y ſi en la Burunda,
ncal hubiera ſalido alguna Gramatica elu-
, ya le tocaria algun tajo. Y ciertamen-
ue lo que eſtampa contra Don Joſeph
de Tejada, Autor del libro intitulado
ario Victorienſe, es muy fuera de pro-
: dice Erro, que dicho Autor enſeña,
Penſi facere, ſignifica deſpreciar, quando
uſtio, y otros ſignifica todo lo contrario.
eſte aſſunto pide un diſcurſo mas dilatado
ue es capàz eſte Prologo. Quièn dirà, que
no es aſsi, como Erro la pinta? Pero
ealidad es un falſo teſtimonio, que le-
à dicho Autor: pues lo que enſeña en
. 2. pag. 99. de donde lo tomò Erro,
lo que eſte dice, ſino lo ſiguiente: *El*
Penſi juntado à los verbos duco, y habeo,
niſmo, que nihili facere: eſtimar en nada.

Don-

Donde ſe ve claro, que Tejada junta el *Penſi* à los verbos *duco*, y *habeo*, y no al verbo *facio*, como Erro aſſegura: bien es, que Tejada ſe equivocò en el ſignificado, y Erro, à mi parecer, en decir, que ſe halla en Saluſtio, y otros junto el genitivo *Penſi* con el verbo *facio*, fundado, en que, aunque medianamente eſtoi verſado en la letura de Saluſtio, y otros, no lo he encontrado. Olvidóſe Erro ſin duda de la ſentencia de San Geronimo, que dice: (*) ſer jactancia pueril, el acusàr à los varones iluſtres para buſcar la propria fama. Pero aunque no ſe le hubiera olvidado, diſcurro, que le haria poca fuerza: oìd el porque.

4 Dice aqui, que *San Geronimo eſtà colocado en el ſiglo del lodo de la Latinidad. Deo gratias.* Ya eſcampa. Mucho ſe atreve la furia de Erro! pues ſe atreve, à poner nubes de lodo al Sol de la Latinidad: y quien aſsi procede contra el Latin de San Geronimo, no es mucho valdóne el mio. Si los azotes, que de mano de los Angeles llevò éſte Santo Doctor de orden de Dios, por lo adicto que era al Latin

de

(*) *Ep. ad Aug. In ipſo, &c.*

MEDITATIONES
GRÆCANICÆ IN ARTEM GRAMMATICAM,

In eorum gratiam, qui viua præceptoris voce destituuntur, & literas Græcas suo ipsi ductu discere coguntur.

NICOLAO CLENARDO
AVTHORE.

In his omnia summa cura & diligentia sunt recognita & collata: súntque ita excusæ, vt cùm ob aptam paulóque significantiùs disposítam methodum, tum ob breues ad marginem appositas annotationes, quibus lector quas res CLENARDVS cognitione digniores tractet, admonetur: tum etiam ob indicem quem cum Institutionibus coniunctum & communem adeptæ sunt, nouitiorum vsui ad alios quoque libros intelligendos futuræ sint accommodatiores.

PARISIIS,
Apud Henricum le Bé, ad insigne bonæ intentionis, in vico septem viarum, è regione Collegij de la Mercy.

1580.

Ex Bibliotheca D. Emmanuelis Vincentii à Murgutio.

R/6430

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

HVMANISSIMO SIMVLQVE DOCTISSIMO VIRO, IACOBO Cantæ, Reuerendiſſimi D. Cardinalis Campegij ſummo Cubiculario,

NICOLAVS CLENARDVS.

S. P. D.

ÆPENVMERO mihi venit in mentem, huiuſmodi libellum conſcribere, qui Græcæ linguæ ſtudioſis, poſt primum Grammaticæ guſtum, tanquam præceptoris inſtar eſſet, ſi quando viuæ vocis penuria laborarent. Atque id conſilij non defuerunt qui probarent: nihil tamen æquè confirmauit, vt tuum doctiſſime Canta iudicium. Cum enim nuper Bruxellæ de literis ageremus, operæpretium futurum credebas, ſi rudimentariis iſtis tyronibus ſcriptor quiſpiam Græcus ita legendus proponeretur, vt ſinguli verſus verborum thematis inſignirentur. In illis enim rimandis miſerè pleroſque angi, quibus hac ratione ſcrupuli omnes eximi poſſẽt. Ibi me illico minùs iam propoſiti pœnitere cœpit, ſed quaſi oraculi authoritate permotus, inchoatum alioqui opus abſoluere ſtatui, eodem fermè filo, quod tua prudentia demonſtraſti. Mitto itaq; iſtuc Meditationes Græcanicas, eáſque ſub nominis tui auſpiciis editas, vt quiſquis inde fructus ad ſtudioſam iuuentutem manauerit, eum totum propenſiſſimæ tuæ voluntati acceptum ferat, Deúmque precetur, vt quod præterea de iuuandis bonarum artium ſtudiis animo concepiſti, felicem ſortiatur exitum. Mihi certè pro effuſiſſimo iſto in literatos homines amore, augurari libet, & omnari licet, orbem aliquando ſibi gratulaturum de præclaris Iacobi Cantæ meritis. Bene vale vir integerrime, & Cãpegiam familiam literarum gloria, quod ſtrenuè facis, illuſtrare perge. Louanij, Anno M. D. XXXI. Calend. Iuliis.

IN

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

IN MEDITATIONES GRÆCANICAS PRÆFATIO.

GRAMMATICORVM præcepta, quæ discendis linguis destinata sunt, ita demum vtilitatem adferũt, si & memoria fideli conseruentur, & iugi meditatione, adhibito iudicio, tãquam renouẽtur. Qua quidem in re tantum est momenti, vt hîc eos peccare potissimùm credam, quicunque studia linguarum infeliciter auspicati sunt. Videas plerosque, annos aliquot in quibusuis passim obuersari auditoriis, noctes diésque Grammaticos euoluere, professorũ dictata religiosissimè describere: & breuiter omnem (quod dici solet) mouere lapidẽ, vt artis quã sectantur omnes canones intelligant, cùm interim tot consumptis laboribus, ne id quidẽ sint assecuti, vt vel nominũ teneant declinationes, vel verborũ coniugationes. Vsq; adeo quosdam trãsuersos agitat inconsulta illa discendi libido, nouorũ semper & incognitorum auiditate sollicita. Itaque nõ immeritò graues sæpe viri, Paulino more, illud istis occinere solent: *Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.* Indignum enim arbitrantur, precioſi temporis magno dispendio, linguã aut Græcam, aut Hebræã affectare, cùm tot sint alioqui artes egregiæ, & mortalium vsibus perquam necessariæ, in quibus summa cum laude versari possis. Neque tamẽ stultorũ mores plus valere debent, quàm prudentum industria. Quin potius errãtes in viam reducere cõuenit, & grassanti latiùs malo præsentaneum remediũ adferre. Quapropter iam nuper Institutionibus in linguã Græcam editis, vbi quicquid eò pertineret, breuiter præcepi, operæpretiũ me facturũ esse credidi, si discipulorum infirmitati, & temerariæ illorum sedulitati, curam cõsiliúmq; pro virili parte præberẽ, qui sursum ac deorsum citra delectũ variis lectitandis auferũtur multarũ quidem horarum iactura, sed fructu exiguo. Atque animũ induxi, vt libellum aliquem rudi Minerua conscriberem, vbi Græcarũ literarũ candidatis, tanquã vocem præceptoris viuã imitarer: vt haberent qui iam rudimẽta percepissent, quid sequi, quid fugere deberẽt. Delecta siquidẽ epistola D. BASILII, nihil intactum reliqui, quod ad istas minutias pertineret, quæ primò discenda essent, quæ contrà in præsens omittenda & in posterũ seponẽda, quàm potui fidelissimè cõmonstraui. Neque ab hoc instituto duxi alienius esse, verbulis singulis anxia quadã & barbara superstitione suum addere interpretamentũ, nihil veritus, ne in calumniam raperetur, quod paruulis & balbutientibus ipse quoq; me balbũ præstitissem. Subdidi tamen suã vnicuique sententiæ versionẽ. Latinam, vt eam edidit Budæus: partim ne quis nostris modò conspectis, ineptam & illatinã interpretationem, vt æquũ est, irrideret: partim vt collatis inter sese linguis, propria vtriusq; phrasis agnosceretur. Placẽt aliis alia, mihi hæc visa est epistola mirũ in modũ idonea quæ per omnes (vt ita dicã) syllabas exactè & diligẽter excuteretur: propterea quòd præter elegantissimã dictionem, & dignam viro graui venustatẽ, optimis monitis Christianos mores cõponit, sine quibus pernicioſum est quicquid vsquã literarũ ediscitur. Proinde cui in animo sedet nostro cõsilio, vti, vbi summã Grãmatices compẽdio paruo fuerit assecutus, nominũ verborúmq; inflexionibus, quantũ sat erit, degustatis, statim has legat Meditationes, neq; aliò conuertat, priusquã totam epistolã pertractauerit, & pensiculando vestigandóq; sic locis omnibus rationẽ à se ipse postulauerit, vt citra morã quicquid occurrerit, diluere possit: nihil inde proferatur vel minimi momẽti, quod non ad suũ thema tanquã ad originem referre queat. Nã eiusmodi exercitatio vnũ aliquem in libellum cõferenda est, ne perpetuò ad eãdem reuoluâre molestiã. Sed iã, exposita nostri propositi ratione, Basiliũ ipsũ loquentẽ audiamus, cuius est epist. ad hũc modũ inscripta:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Ἐπιστολὴ τοῦ Μεγάλου Βασιλείου, πρὸς τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν θεόλογον, περὶ τῆς κατ' ἐρημίαν ἀγωγῆς.

Epistola Magni Basilij, ad sanctum Gregorium Theologum, de vita in solitudine agenda.

Argumentũ epistolæ Basilij.

SECESSERAT verò Basilius in Pontum, nactúsque locũ contemplationi appositum, eôdem Gregorium pellicere studuit, missis ad eũ literis, in quibus amœnitatem secessus graphicè depingit & laudat. Cúmque is respõdisset, regionis indolem non magnopere spectandam, vbi de lucro pietatis ageretur, & simul videretur istiusmodi illecebris non adducendus, vt ipse quoque in Põtum migraret: ibi Basilius, occasione oblata, pulcherrimam rescripsit epistolam, quam sic auspicatur:

INTERPRETATIO Budæi.

VERBVM VERBO redditum.

SIC Tuam epistolam agnouit, vt ij facere solent, qui amicorum liberos ex similitudine in ipsis conspicua agnoscũt.

[1]ΕΠΕΓΝΩΝ [2]Σου [3]τὴν [4]ἐπιστολὴν, [5]ὡς [6]οἱ [7]τοὺς [8]τῶν φίλων [9]παῖδας [10]ἐκ [11]τῆς ἐπιφαινομένης [12]αὐτοῖς [13]ὁμοιότητος [14]πρὸς [15]τοὺς τεκόντας [16]ἐπιγινώσκουσι.

AGNOVI [2] tuam [4] epistolam, [5] vt [6] qui [8] amicorũ [9] proles [10] ex [11] apparente in [12] eis [13] similitudine [14] ad [15] parẽtes [16] agnoscũt.

SCHOLIA.

HVNC vertendi ordinem ad finem vsque seruabimus, & vbique adiectis scholiis, quoties opus erit, ad nostras Institutiones vel ad præsens opusculũ lectorẽ remittemus, ascripto paginæ *ac versus* numero. Hæc igitur præfati, Meditationes Græcanicas incipiamus. [1] Vox epistolæ prima est (ἐπέγνων) γινώσκω, id est, nosco: cõpositum autẽ ex præpositione ἐπὶ, est ἐπιγινώσκω, hoc est, agnosco secũdus aoristus actiuus verbi γινώσκω, est ἔγνων, à verbo in μι tertiæ coniugationis γνῶμι, cuius futurum prim. est γνώσω, à primitiuo themate γνόω: vnde secundus aorist. actiuus ἔγνων: vt δίδωμι, fut. δώσω, aoristus sec. ἔδων: cuius formationem quære in Institutionibus, 105. 22. Sic à γνῶμι, fut. γνώσω, aorist. sec. ἔγνων, compositum ἐπέγνων, ex præpositione ἐπὶ, & ἔγνων. Abiiciunt enim præpositiones vltimã vocalem, quoties præfiguntur vocalibus, 49.7, [2] σου, genitiuus est pronominis primitiui, secundæ personæ, σὺ, σοῦ, tu, tui, &c. Vsurpãt verò Græci genitiuos primitiuæ speciei, vbi Latini per possessiuum loquuntur, tuam epistolam dicentes: illi autem σοῦ τὴν ἐπιστολὴν: quanquam & possessiuis vtantur, ἐπιστολὴν τὴν σὴν. Ἐπέγνων σε) Ex encliticis est σε, ideóque destituitur proprio accẽtu, 225. 45. & 226. 6. Enclitica verò nõ semper accentũ remittunt in præcedentem dictionẽ, sed quandoq; solùm ipsum amittunt, ἀτρείδης τε, πάρος γε: sic ἐπέγνων σε. id quando fiat, sensim ipse obseruabis, reperies σῶμά σε, non autẽ λόγός σε: rectè tamen διδάσκαλός σε. σώματά σε. Nam vocabula προπαροξύτονα, id est, quæ acuunt antepenultimã, ea dictionis encliticæ suscipiunt accentum, non autem παροξύτονα, id est, quæ acuunt penultimã. Tametsi quod ad accentũ pertinet, securũ adhuc esse præstat, neque multùm de his rebus angi, priusquã in declinationibus & cõiugationibus probè versatus fueris, & casuum ac temporum terminationes exactè perdidiceris. Tum denique ad accentus rationẽ veniendum erit, & in eo diebus aliquot consumenda meditatio, reliquis omnibus omissis: scilicet vt ex animo & seriò quòd agendũ est, agas. Quandoquidem re ipsa cõperi, plerosque in his literis cùm plurimũ temporis contriuissent, tamen vix tãdem ad eam frugem peruenissent, vt iustam Grãmatices cognitionem nacti essent, nõ aliam ob causam, nisi quòd statim omnia simul nosse voluerint, & nulli tamẽ rei totos sese dedere. Atq; illud vel maximè linguis prouchen-

[1] ἐπέγνων.

[2] σου τῆς ἐπιστολῆς. *Genitiui triũ pronominũ primitiuorum pro propriis possessiuis.* 112. 11. *Dictiones encliticæ nunc accentũ solùm amittũt, et nunc in dictionẽ præcedentẽ trãsferunt* 227. 20. *Admonitio.*

uehendis impedimento consueuit esse, dum viri alioqui boni, sed è quorundã moribus hæc studia æstimant, putántque linguis singulis seculum esse tribuendum: cùm tamen, si quis recta ratione rem instituat, non modò Græcam & Hebræam, sed & Chaldæam & Arabicã ita nosse possit, vt reliquis disciplinis percipiendis nihil prorsus officiant, sed maximè prosint. Proinde, vt ad nostrũ institutum recurrat oratio, sic formari velim discipulum, vt primus labor impẽdatur declinationibus & coniugationibus, etiam neglectis accentibus, nisi si quid obiter suapte industria notârit: deinde se in authore quopiã exerceat, & singulas minutias excutiat, quẽadmodum in epistola præsenti facere cœpimus. Vbi hoc scopo sibi proposito, iam istam partem satis assecutus erit, mox alterã curam suscipiat de accentibus, aut de Syntaxi, dissimulatis interim illis, quæ huc non pertinẽt. itaque suaserim, libellum aliquem huic exercitationi designatum, non semel tantùm euoluere, verùm toties à capite ad calcem vsque perlustrare, quoties nouã prouinciam capessas: ita enim futurum est, vt & vetera, quæ iam didiceris, relectione confirmẽtur, & animus præsenti negotio detentus, minùs distrahatur alienis. [3] τλὺ, accusatiuus fœmininus articuli præpositiui, ἡ, τῆς, τῇ, τλύ. Adhibent autem articulũ ferme singulis dictionibus, interdum certitudinis gratia, interdum etiam ornatus causa, de quo 115.5. [4] Accusatiuus singularis: ἡ ἐπιστολὴ, secundæ declinationis, vt ἡ τμὴ, τλὺ ἐπιστολτλὺ, τλύ τμωῦ. articulus additus facilè commonstrat nominum genus, numerum & casum: quòd si defuerit, adhibito lexico planum fiet: nam cęteri casus cum nominatiuo principalem syllabam habent eandem. At in verborum temporibus alia est ratio propter augmentum. Cùm verò dicatur ἐπιστολή, & ἐπιστολήν accentu acuto, hic grauis positus est, τλὺ ἐπιστολὴν. Dictiones enim acutæ, nisi ponantur in fine periodi, & sententiam claudant, mutant acutum in grauem ob cõsequentem dictionem, 221.2. [5] Vt, quemadmodum: similitudinis aduerbium. idem significat ὡς. Est enim in pleriſque ῥῶ adiectio syllabica, vt etiam in articulis subiunctiuis, ὅῥωερ, ἥῥῶ, ὅῥῶ. 115. 4. Nemo verò sibi molestiã ascisçat in memorandis aduerbiorum variis significandi modis, aut cõiunctionum potestatibus, vt norit quas expletiuas dicere debeat, quas rationales aut causales. Illud pro partibus orationis, quas vocant indeclinabiles, satis fuerit, vt quando occurrent in authoribus, significationem & vsum obseruet. [6] Qui articulus subiunctiuus, functus officio relatiui, 114.23. quòd si scribatur sine accentu οἱ, præpositiuus erit, qui nõ conueniret verbo ἐπιγινώσκουσι, sed participio, οἱ ἐπιγινώσκοντες, id est, agnoscentes. at οἳ ἐπιγινώσκουσι, qui agnoscunt. [7] Amicorum liberos. Inter articulum dictionis regentis, & ipsam dictionem regentem eleganter collocatur dictio recta cum suo articulo, τοὺς παῖδας τῶν φίλων, liberos amicorum, τοὺς τῶν φίλων παῖδας, amicorum liberos. Sic reliquæ particulæ, vt præpositio cum casu, aut aduerbium, venustè ponuntur in medio, τὸν μεθ' ἡμῶν βίον: τοὺς οὕτω καθεύδοντας: cuiusmodi sunt apud Latinos, vbi inter adiectiuum & substantiuum quippiam interseritur, Temperatum orationis genus, Summã doctoris authoritatem, &c.

[8] Articulus indicat esse genitiuum pluralem à nominatiuo tertiæ declinationis ὁ φίλος, amicus: vt, ὁ λόγος, τῶν λόγων, τῶν φίλων. Semper verò genitiuus pluralis definit in ων, in omni declinatione: ideóque inde certum nominatiuum non licet colligere, nisi cõsulto lexico, aut præceptore. [9] Proles, liberos, ὁ καὶ ἡ παῖς, τοῦ καὶ τῆς παιδὸς, quintæ declinationis: accusatiuus pluralis τοὺς παῖδας, accentum habẽs in priori syllaba, cùm tamen genitiuus παιδὸς vltimam acuat, de hoc, 221.17. cur etiam παῖδας circunflectatur, nõ autem acuatur, dicendo παίδας notatum, 221.18. in ἑστώς, ἑστῶτος. [10] ἐκ & ἐξ idem significant: sed hoc ante vocalem, ἐξ αὐτοῦ, ex ipso: illud ante cõsonantem, ἐκ πατρὸς, ex patre. Præpositionum significata, regimen, & vsum disces optimè legendis authoribus, & doctorum interpretationibus, quales ætate nostra duos insignes vidimus, Erasmũ & Budæum. Quòd si cui libebit alieno magis frui labore, nõ habeo consilium expeditius, quàm vt ipsius Budæi cõmentarios, vbi de præpositionibus accuratissimè scripsit, diligẽter perlegat: præsertim si iam in literis grãdior sit, & pluscu-
lum nactus fuerit iudicij. Alioqui infirmioribus & rudibus commodum erit le-

Discipulus quo pacto formandus.

3 τλὺ ὐπιστολήν.
Articuli præpositiui vsus.

4 Ἐπιστολήν.
De articulis notio.

Acutus in grauem.

5 ὥσπερ.
ῥῶ *adiectio syllabica.*

Partes orationis indeclinabiles quomodo discendæ.

6 οἵ.

7 τοὺς τῶν φίλων παῖδας.
Quid inter articulũ alicuius dictionis & ipsam dictionem soleat collocari.

8 τῶν φίλων.
Genitiuus pluralis semper in ων.

9 τοὺς παῖδας.

10 ἐκ τῆς ὑπαρχούσης.
ἐκ & ἐξ quid differant.
Præpositiones vbi & quomodo examinandæ.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

xicon illud, quod nuper Parisiis excusum est opera Gerardi Morrhij: qui sedulò studuit, vt iuuentus in prõptu posita haberet, & suo loco, nõ modò quæ tradidit Budæus, verùm etiam quæcũque ex aliorum monumẽtis apiculæ in morem collegit. [11] φαίνω, compositum ἐπιφαίνω, ostendo, passiuum ἐπιφαίνομαι, ostendor, appareo, reluceo, & conspicuus sum: nam crebrò passiua Græcorum reddimus per neutra Latinorum, aut contrà. Licet enim eandem rem diuerso nominare cõtingat idiomate, tamen quæ vocantur apud Grãmaticos partium orationis accidentia, genus, numerus, figura, & huiusmodi, ea non semper conueniunt: vt nos dicimus in plurali, Diuitiæ, diuitiarũ: illi singulariter, ὁ πλοῦτος, τοῦ πλούτου: nos deponenti voce furor, illi voce actiua κλέπτω. Sic non mirandum, cùm illi dicant, ἐπιφαίνομαι, sub voce passiua, nos interpretemur non solũ ostendor, siue videor, sed etiã appareo, reluceo, & etiam per circunlocutionem, conspicuus sum. Igitur ab ἐπιφαίνομαι fit participium ὁ ἐπιφαινόμενος, qui ostenditur, apparens: aut si per nomẽ reddere velis, conspicuus. fœmininum ἡ ἐπιφαινομένη secundæ declinationis, genitiuus τῆς ἐπιφαινομένης. Ἐπιφαινομένης αὐτοῖς, apparente in ipsis. Cõposita regunt casum præpositionis, ἐπὶ datiuo iungitur, significans idem quod in: proinde verbum compositum datiuum habet, ἐπιφαίνομαι αὐτοῖς, reluceo in ipsis: nam absurda fuerit imitatio, Inappareo ipsis, quod verbum Latinus non agnoscit. Quo factum est, vt in versione præsentis epistolæ, non sic verbum verbo reddere potuerimus, quin interdum cogeremur nimis esse inepti, dum saltem Latinis vocibus vti studemus, etsi peculiarem linguæ phrasim neglexerimus. Ideo vertimus, apparente in ipsis: non autem inapparente ipsis. [12] Datiuus pluralis pronominis αὐτὸς, de quo, III. 6. [13] Ὅμοιος, similis, ἡ ὁμοιότης, similitudo, τῆς ὁμοιότητος. A diectiua in ος formant substantiua fœminini generis in ότης, quorum genitiuus in ότητος, 28.2. Ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τεκόντας. Obseruabis dictiones, quæ significant conuenire, consentire, similem esse: aut cõtra, dissidere, dissentire, pugnare, &c. præpositioni πρὸς adiungi: exempla notabis, vbi inciderint. [14] Præpositio πρὸς cum accusatiuo. [15] τίκτω pario, secund aorist. ἔτεκον, ab inusitato verbo τέκω ab ἔτεκον: participiũ ὁ τεκὼν, τοῦ τεκόντος: accusatiuus pluralis τοὺς τεκόντας, id est, eos qui genuerũt, aut peperunt, nempè parentes, quod tamen est nomen, non participium. Habent autem Græci in omnibus verbis, omnium temporum participia: Latini non item. Cùm sit igitur τεκόντας participium aoristi secundi, & significet præteritum, necesse est nos circũloqui per verbum & relatiuum, τοὺς τεκόντας, eos qui genuerunt. Nam à verbis actiuis, vt sunt pario, gigno, non fiunt participia præteriti temporis. Ideóque si velimus adhibere periphrasim, & tamen vna tantùm voce reddere, vel rationem temporis negligimus, & vtimur participio præsenti, gignentes, parientes: aut eius loco nomen ponimus, parentes, genitores. Idem facito in cæteris: vt si quando Latinum participium eiusdem temporis non reperiatur, inuenias nomen quod saltem significatione consentiat: sicut à verbo κλίζω, futurum κλίσω, aoristus primus ἔκλισα: participium ὁ κλίσας, qui creauit: pro quo verte, creatorem. [16] Agnoscunt, tertia pluralis, ab ἐπιγινώσκω.

11 ἐπιφαινομένης. *Partiũ orationis accidentia Latinis nõ conueniunt cum Græcis.*

Cõposita regunt casum præpositionis: quòd hæc Græcis verbo hæreat, quæ Latinis casui præponeretur.

12 Αὐτοῖς.
13 Ὁμοιότητος.

Denominatiua in ότης ab adiectiuis in ος, 228.32. Notio.

14 πρὸς τοὺς τεκόντας.
15 τοὺς τεκόντας.

Participij præteriti interpretatio.

16 ἐπιγινώσκουσι. *Nam quòd existimare te ais magnopere non referre, habitum structurámq; loci, ad ciendum in animo tuo desideriũ vitæ nobiscum agendæ, antequam compertum quippiã habeas de modo & ratione vitæ nostræ: tuus hic est profectò animíque tui sensus qui huius mũdi bona prorsus nihil esse ducas, prout*

[1] Τὸ [2] γὰρ [3] μὴ [4] μέγα [5] εἶναι [6] φῆσαι [7] τιὼ [2] Nam [3] haud [4] magnum [5] esse [6] dicere [7] loci [9] structuram, [10] ad [11] ingenerandum [12] impetum [13] aliquem [14] animo [15] tuo, [16] ad [18] cum [19] nobis [20] vitam, [21] priusquam [23] de [24] modo [25] aliquid [26] didiceris [27] & [28] conuersatione: [29] tuus [30] est [31] reuera [32] sensus, [33] & tui [34] animi, [36] omnia [38] hîc [39] nihili [40] facientis, [41] præ

[8] τοῦ [9] τόπου [10] κατασκευὴ, [11] πρὸς τὸ [12] ἐμποιῆσαι [13] ὁρμήν [14] τινα [15] τῇ [16] ψυχῇ [17] σου, [18] εἰς [19] τὸν [20] μεθ' [21] ἡμῶν [22] βίον, [23] πρὶν [24] ἂν [25] τοῦ [26] τρόπου [27] τι [28] μάθοις [29] καὶ [30] τῆς ἀναγωγῆς: [31] σὸν [32] ἦν [33] ὄντως τὸ [34] ἀλη- [35] καὶ [36] τῆς [37] σῆς [38] ψυχῆς, [39] τῆς [40] παύ- [41] τὰ [42] τῆδε [43] μηδὲν [44] πραγμόνης, [45] πρὸς

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

42 in 43 pollicitationibus 44 repoſita 45 nobis 46 beatitudine.

τὴν 42 ἐν 43 ἐπαγγελίας 44 ἀποκειμένην 45 ἡμῖν 46 μακαριότητα.

eſt beatitudo, quam reconditam in diuinis pollicitationib us habemus.

1 Τὸ γὰρ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι, &c.

Articulus iunctus infinitiuo nominis vicem gerentis.

2 γὰρ.

Articulus Græcorũ quid Latinè reſpondeat.

SIC Ordina, τὸ φῆσαι τὴν τοῦ τόπου κατασκευὴν μὴ μέγα εἶναι, id eſt, dicere loci ſtructuram non magnum eſſe: hoc eſt, non multum habere mométi. Cæterùm articulus τὸ iungitur infinitiuo φῆσαι, tanquã nomini. Siquidem infinitiuus ſiue ſolus, ſiue cum caſu, nominis vice fungitur, ídque in neutro genere, & hoc loco tãquam nominatiuus habetur. [2] Enim, nunquam primum locum ſibi in oratione vendicat, ideòque vertimus per nam, propterea quòd Latini pro articulo τὸ nihil habent quod ponant, niſi dicant, τὸ γὰρ φῆσαι, ipſum enim dicere: aut, id enim nempe dicere: vt capiamus articulũ præpoſitiuum pro pronomine demonſtratiuo: id eſt, τὸ pro τοῦτο. ſiquidem hoc interdum fit, 114. 33. Alioqui ſi articulum ſuo more capias, cùm nihil Latinè reſpondeat, turpe foret dicere, τὸ γὰρ φῆσαι, enim dicere: quapropter vertimus, nam dicere. [3] Non magnum μὴ: non: alia ſignificata in præſens omitte, & ſuo loco diſcenda ducito. [4] Magnum, adiectiuum neutrum, de quo 136. 10. Sæpè alterius generis ſubſtãtiuo additur adiectiuum neutrum, τὴν τοῦ τόπου κατασκευὴν εἶναι μέγα, Loci ſtructuram eſſe magnum: veluti ſubſtantiuè, hoc eſt, rem magnam, aut magni eſſe momenti, magnopere referre, vt Budæus vertit. [5] Eſſe, infinitiuus ab εἰμὶ, ſum, 158. 5. [6] Infinit. Aoriſti primi, ab indicat. ἔφησα, vt τύψαι, ab ἔτυψα. cur ergo non φήσαι, vt τύψαι accentu acuto? Iam monuimus, non aliud eſſe agendum prima lectione huius epiſtolæ, quàm vt caſuum, & temporum, & perſonarum terminationes rimaremur, & vides terminatione conſentire φῆσαι cum τύψαι, vtrunque in αι. Quod ad accentum attinet, αι in huiuſmodi ſolet haberi pro breui, 221. 24. longa verò ante breuem finalem circunflectitur, itaque ſcribendum non φήσαι, ſed φῆσαι, 221. 18. in ἑστὼς, ἑστῶτος. Vſitatum verò thema huius infinit. φῆσαι, eſt φημὶ, de quo, 164. 19. Nec tam ſignificat dico, quàm puto, & profiteor: vtrunque explicat Budæus, τὸ γὰρ φῆσαι, nam quod exiſtimare te ais. [7] De articulo dictionis regentis & rectæ, vide notata 277, 35. in τὰς τῶν φίλων παῖδας. [8] Loci, ὁ τόπος, tertiæ declinationis, τοῦ τόπου. [9] Structuram, ἡ κατασκευὴ, ſecundæ declinationis. [10] Ad ingenerandum animo tuo. Gerundiis & ſupinis Græci carent, in quorum locũ ſubeunt infinitiui, adiectis articulis neutri generis, τοῦ τὸ ἐμποιῆσαι, hoc eſt (vt rudiùs loquamur) ad ingenerare, id eſt, ad ingenerandum: aut, cauſa ingenerandi. Nam prius ſupinum, gerundium in di, vel dum, fermè efficit infinitiuum adminiculo præpoſitionis τοῦ. [11] Infinitiuus primi aoriſti actiui, ab ἐμποιέω indo, ingenero, innaſci facio: quaſi intus facio, vel ineſſe facio. Capiatur ſimplex ποιέω, & per craſim ποιῶ, primæ coniugationis circunflexorum, futurum ποιήσω, aoriſtus primus ἐποίησα, infinitiuus ποῆσαι, vnde compoſitum ἐμποιῆσαι, ab ἐμποιέω, ex præpoſitione ἐν, migrante ν in μ, propter π ſequens. Quomodo verò ſe habeant præpoſitiones ἐν, & σὺν, in compoſitis, vide 210. 19 & 29. in verbo συρρήγνυσθαι. Quoties inciderit verbum compoſitum, vt facilior ſit temporũ formatio, tolle præpoſitionem & excutito ſimplex, vt modò fecimus in infinitiuo ἐμποιῆσαι. [12] Deſyderium aliquod & impetum. nam hoc prioriè vox ſignificat, veluti cum animus aliquò fertur, & aliquid agere geſtit, odio vel amore prouocatus. Nominatiuus eſt ἡ ὁρμὴ, ſecundæ declin. Accuſat. τὴν ὁρμὴν, vt τὴν τιμήν. [13] Accuſatiuus ſing. fœminini generis, nominatiuus τίς, τινὸς, τινὶ, τινὰ, quod habes 28. 33. Quamquam ſi quis rectè perceperit ordinem, quem ſecuti ſumus in quinta nominũ declinatione, facilè inuenerit omnia, vel nobis tacentibus. Primò ſcripſimus quæ deſinerent in vocalem, nempe α, ι, υ, ω: nam nullum nomen quintæ declinationis deſinit in aliquam reliquarum vocalium, ε, η, ο: deinde ſequuntur finita in cõſonantem, nec vllum deſinit in aliquam iſtarum conſonantium, β, γ, δ, ζ, θ, κ, λ, μ. π, τ, φ, χ, ſed in vnam reliquarum, nempe, ν, ξ, ϱ, ς, ψ, quas quinque conſonantes, variæ præcedunt vocales aut diphthongi, hoc ordine, αν, εν, ων, ιν, ον, ϋν, υν, ων. in litera ξ, non vocalium facimus diſcrimina, ſed varias aſcripſimus terminationes genitiui, κος, γος, χος, pro

Infinitiuus primi aoriſti.

3 μὴ μέγα.
4 μέγα.
Adiectiuũ neutrum alterius generis ſubſtantiuo additum.
5 εἶναι.
6 φῆσαι.

Notio de accentu.

7 τὴν τοῦ τόπου κατασκευήν.
8 τόπου.
9 κατασκευήν.
10 τοῦ τὸ ἐμποιῆσαι τῇ ψυχῇ.
Infinitiui cum articulis progerũdiis & ſupinis.
11 ἐμποιῆσαι.

12 ὁρμήν τινα.
13 τινα.

Ordo quẽ ſecutus eſt Clenardus in quinta nominum declinatione.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

affinitate trium inter ſeſe mutarum, tenuis κ, mediæ γ, aſpiratæ χ: ſequitur αρ, ερ, ηρ, ορ, υρ, ωρ, deinde ας, αις, αυς, ες, εις, ευς, ης, ις, ος, υς, ως, ſubduntur quæ in duas deſinunt conſonantes, λς, ρς, ξς, vltimò quæ in duplicem ψ deſinunt, vbi ſimiliter vt in ξ, non vocalium habita eſt ratio, ſed genitiui πος, βος, φος, pro tribus aliis mutis, tenui π, media β, aſpirata φ. Hunc ordinem quiſquis obſeruabit ſtatim nouerit, vbi quærendũ erit, quicquid occurret de nominibus quintæ declinationis. Eſt autem hoc nomen τὶς, ex encliticis, quæ proprio deſtituũtur accentu, 226. 1 & 5. ὁρμιὼ τινα, pro ὁρμιὼ τινά. Enclitica enim quandoque non remittunt ſuum accentum, ſed tantùm perdunt, vt notatum, 276, 37. in voce ἐπέγνων σε. Sic & enclitica diſyllaba, quandoque remittunt, ἄνθρωπόν τινα, quandoque tantùm perdunt, nempe ſi præcedat, περισπώμενον, id eſt, dictio cuius vltima circunflectitur, ποιῶ τινα: aut ὀξύτονον, id eſt, dictio cuius vltima eſt acuta, καλόν τινα, ſic hoc loco ὁρμιὼ τινα. in cuiuſmodi ablatus eſt accentus è voce τινὰ, nec tamen dictio præcedens vllum habet accentum, præter natiuum & proprium. Et in iſtis non obtinet canon ille de accentu acuto, qui ob cõſequentiã migrat in grauem, vt notatum, 277 25. in ἐπιστολιὼ. nam ſi encliticũ ſeruaret accentum, ſcriberemus ὁρμιὼ τινά. Acutus enim ob conſequentiam mutatur in grauem: at vbi encliticum accentũ perdit, acuta dictio præcedẽs manebit accuta, ὁρμιὼ τινα, non autem per grauem ὁρμιὼ τινα.[14] Animo tuo. ἡ ψυχὴ, τῆς ψυχῆς, τῇ ψυχῇ, ſecundæ declinationis, vt ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, [15] Genitiuis à σὺ pronomine, de hoc 276. 30. in σε τιὼ ἐπιστολιὼ, & in ἐπέγνων σε, 276. 34. [16] Præpoſitio εἰς cum accuſatiuo, εἰς βίον, ad vitam B V D Æ V S ὁρμιὼ εἰς τὸν βίον, hoc eſt (verbum è verbo) impetũ ad vitam, vertit, deſiderium vitæ. Non enim interpretis officium eſt, anxia quadam religione numerare voculas, & ſyllabis aſſidere, ſed Latinis auribus ſatisfacere, & Græcanicas figuras quàm maximè fugere: ad quod nihil æquè conducit atque ratio copiæ, in qua quiſquis erit bene verſatus, is facilimè præſtabit rectum interpretem.[17] Infirmioribus obſecuti, reddimus ineptiſſimè, vt cernerent quid cui reſponderet, hoc pacto, εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, ad cum nobis vitam. articulum enim τὸν, qui variis modis explicari poteſt, tanquam neglexímus, & ſcholiis ipſum declarandum reliquimus. Itaque articulus qui afficit præpoſitionem cum caſu, reddetur commodo aliquo adiectiuo, τὸν μεθ' ἡμῶν βίον, agendam nobiſcum vitam, 231. 29. [18] Apoſtrophos eſt, pro μετὰ ἡμῶν, 6. 8. & 10. Græci autem hîc à Latinis diſſentiũt, naturali præpoſitionis ordine ſeruato, dicentes μεθ' ἡμῶν, cum nobis: pro quo Latini, nobiſcum. Cæterùm μετὰ, cum, genitiuum habet: at μετὰ, poſt, accuſatiuum. [19] Genitiuus pluralis à pronomine ἐγὼ, 110. 11. [20] ὁ βίος, vita, tertiæ declinationis. [21] Priuſquam didiceris. πρὶν, antequam, priuſquam. [22] Hæc coniunctio ἄν, nunc eſt potentialis, οὐκ ἄν φαίης, nequaquam dicas, haud poſſis dicere: nunc planè vacat Vide Budæum in Commentariis linguæ Græcæ, vbi vſum explicat, & quibus modis iungatur. Tu interim, quoties obuia fuerit hæc particula, ſecurus neglige tanquam otioſam, donec in iſtis literis plus roboris collegeris. Multa diſſimulanda ſunt, vt loco & tempore diſcantur commodiore.[23] De modo: præpoſitio μετὰ cum genitiuo. [24] Nominatiuus ὁ τρόπος, vt ὁ λόγος, maſculinum eſt, quod inſpecto diſces lexico. ſiquidem genitiuus τοῦ τρόπου, conuenit vtrique generi, ſiue dicatur ὁ τρόπος, ſiue in neutro τὸ τρόπον, vt τὸ ξύλον: vtriuſque enim genitiuus eſſet τοῦ τρόπου. A verbis quorum penultima eſt ε, deducuntur nomina conuerſo ε, in ο, λέγω, dico, λόγος, ſermo: τρέπω, verto, τρόπος, mos, modus: item aliud τρόπη, mutatio, vt ab ἐπιστέλλω, id eſt, mando, mitto epiſtolam, fit nomen fœmininum ἐπιστολὴ, id eſt, epiſtola: nam Latinitate donatum eſt.[25] Aliquid: neutrum à communi τὶς, τινὸς, hoc eſt, aliquis, quiſpiam, vel quidam: quæ tria Græci vnica voce dicunt. Τὶ μαθοις) aliquid didiceris, noris. B V D Æ V S adiutus præſidio copiæ, verſionem fecit ſpecioſiorem, dum pro didiceris, vertit, compertum habeas. [26] Μανθάνω, diſco, ſecund. aoriſt. capit à μαθέω inuſitato: vnde futurum μαθήσω, aor prim. ἐμάθησα, ſec. ἔμαθον, abiiciendo ex aor. prim. penultimam vocalem cum conſonante ſequente, nempe ης, de hoc 88. 15. Ab ἔμαθον, optat. eſt μάθοιμι μάθοις, vt ab ἔτυπον fit τύποιμι. τύποις. [27] Et: coniunctio copulatiua. Quomodo

Τὶς, τινὸς, enclyticũ. Enclitica diſyllaba quãdo accentũ tantum perdunt.

Oxytona nõ mutãt acutũ in grauẽ ante dictiones encliticas.

14 ψυχῇ σε.
15 σου.
16 εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν βίον.
Interpretis officium.
17 τὸν μεθ' ἡμῶν βίον.
Articulus præpoſitioni iunctus adiectiuo reddendus.
18 μεθ' ἡμῶν.
19 ἡμῶν.
20 βίον.
21 πρὶν ἂν μάθοις.
22 ἂν μάθοις.
23 μετὰ τοῦ τρόπου.
24 τρόπου.
Verbalia à præterito medio, 127. 22.
ἐπιστολή.
25 τί.
26 μάθοις.
27 καί.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

modo discendæ partes orationis indeclinabiles, scriptum, 277. 28. in ὥστις.

[28] Διάγω dego, vitam traduco, à διὰ & ἄγω, reiecta vltima præpositionis vocali propter vocalem sequentem, 49. 7. ab ἄγω, & compositis verbalia fiunt, adiectionæ syllabæ γή, ἄγω ἀγωγή, σωάγω σωαγωγή, εἰσάγω εἰσαγωγή: sic à διάγω fit διαγωγή, id est, institutum vitæ, & viuendi ratio, [29] Σὸς, σή, σόν, tuus, tua, tuum, pronomen possessiuum, 110. 18. Scribitur hîc σὸν graui accẽtu propter sequentem dictionem, 277. 23. in ὑποτολμῶ. quòd si poneretur in fine iustæ sententiæ, iam acueretur, διανόημα τὸ σόν. [30] Est reuera: ὦ imperfectum ab εἰμί, 157. 20. sed crebrò ponitur pro præsenti ὑπάρχει. sic ἔδει pro δεῖ, ἐχρῶν pro χρῆν. [31] Profectò, reuera: aduerbium à genitiuo plurali participij verbi substantiui, ὤν, ὄντος, τῶν ὄντων, ν in ς, ὄντως, 158. 6. & 116. 13. [32] Sensus: à διανοέω. simplex νοέω, fut. νοήσω, præt. act. νενόηκα. pass. νενόημαι, vnde verbale τὸ νόημα, 126. 3. ablato incremento, & verso μαι in μα, compositũ διανόημα. Vt verò facilior sit thematis inquisitio & vtilior, memores esse conuenit, vnde tẽpora formẽtur, & sensim tãquam per gradus sursum ascẽdamus ad originem, donec inuentum sit præsens indicatiui modi: est enim thema hoc pacto quærẽdum: διανόημα reiice præpositionem, erit νόημα verbale in μα, quòd fit semper à præteriti pass. prima persona, sublato augmento: erit igitur νόημα à νενόημαι. porro præt. pass. formatur ab actiuo, vertendo φα in μμαι, χα in γμαι, vel κα in μαι. fuerit ergo νενόημαι ab actiuo νενόηκα. vbi autem præt. in κα desinit, fut. in σω, nisi sit quintæ coniugationis: proinde futurum erit νοήσω: nam in quinta coniugatione dicere νοηνῶ, contra canonem est, qui præscribit penultimam futuri quintæ coniugationis esse breuiandam: & alioqui si futurum esset νοηνῶ, præsens esset νοήνω, quod nusquam apparebit in lexico. relinquitur igitur futurum νοήσω, id quod proficiscitur à præsenti tertiæ coniugationis νοήδω, νοήθω, νοήτω: aut quartæ νοήζω, νοήσσω siue νοήττω: aut sextæ νοήω: aut primæ circunflexorum νοέω νοῶ: aut secundæ νοάω νοῶ: siquidem omnium istorum futurum esset in ήσω: verùm nullum eorum ostendet lexicon præter νοέω. Hanc thematis rimandi viam diligẽter obserua: parat enim miram facilitatem, vt statim occurrat origo, vnde tempora manare queant de hoc vide, 220. 24. [33] Et tui animi: hîc vtitur possessiuo pronomine σὸς, σή, σόν, tuus, tua, tuum: fœmininum ἡ σή, genitiuus τῆς, σῆς. poterat vti primitiuo genitiuo, σοῦ τῆς ψυχῆς, hoc est, vt vetusto more loquamur, tis animi: pro, tui animi: siquidem Græci genitiuos primitiuæ speciei μοῦ, σοῦ, οὗ, ἡμῶν, ὑμῶν, σφῶν, etiam actiuè & possessiuè capiunt: apud nos autem mei, tui, sui, nostri, vestri, tantùm passiuè: actiuè autem & possessiuè vsurpant veteres mis, tis, sis, nostrûm & vestrûm: tria, mis, tis, sis, exoleuerunt: nostrûm & vestrûm tantùm partitiuè capiuntur, vterque nostrûm, quilibet vestrûm, [34] Ἡ ψυχή, τῆς ψυχῆς, secundæ declinationis. [35] Ordina sic, τῆς μηδὲν πθεμερὴς πάντα τὰ τῇδε, nihil facientis omnia hîc, subaudi posita. interpres non malè hunc locũ extulit per secundam personam, hoc modo, qui huius mundi bona prorsus nihil esse ducas: tamen genitiuus τῆς πθεμυθὴς referendus est ad substantiuũ quod præcedit, nẽpe τῆς σῆς ψυχῆς: tuus, inquit, hic est profectò, animíque tui sensus: ψυχῆς, inquam, hoc est, animi vel animæ, τῆς μηδὲν πθεμυθὴς, hoc est, nihili esse ducentis: aut, quæ nihili esse ducat. Participiũ enim variè redditur, nunc aduersum quiddam indicans, nunc causam explicans, vt hoc loco, τῆς μηδὲν πθεμυθὴς, nihili ducentis, quæ nihili esse ducat, hoc est, vt quæ, aut quippe quæ nihili esse ducat. Proinde quæ per participia Græcis efferuntur, nos Latinitate donabimus per eiusmodi coniunctionem, quæ commodissimè facit ad sensum. [36] Omnia: ὁ πᾶς, τοῦ παντὸς: ἡ πᾶσα, τῆς πάσης: τὸ πᾶν, τοῦ παντὸς: accusatiuus plur. neutri generis, τὰ πάντα, accentu in priore, licet genitiuus sit παντός. non πάντος, vide 222. 31. [37] Articulus aduerbio iunctus mutat ipsum in adiectiuum, χθὲς, heri: ὁ χθὲς, hesternus: ἡ χθὲς, hesterna, & ita per omnes numeros & genera, 231. 29. aut in isto articulo participium intelligitur verbi substãtiui ὤν, οὖσα, ὄν: aut aliud quippiam, quod loco & sententiæ congruit, seruata generis, numeri, & casus ratione: ἐκεῖ, illic, ὁ ἐκεῖ, qui illic est, habitat, ambulat, &c. οἶκοι,, domi aduerbialiter: τοὺς οἴκοι, intellige ὄντας, existentes, hoc est, domesticos: sic τὰ τῇδε, intellige

28 τῆς διαγωγῆς, *Verbalia in* ωγὴ *a* διάγω *& ab eo compositis.*

29 σὸν ὦν ὄντως.

30 ὦν ὄντως. *Imperfectũ pro præsenti.*

31 ὄντως.

32 διανόημα. *Thema quomodo inquirendum.*

33 καὶ τῆς σῆς ψυχῆς. *Genitiui trium pronominum primitiuorum actiuè & possessiuè capti.*

34 ψυχῆς.

35 τῆς πάντα τὰ τῇδε μηδὲν πθεμυθὴς.

Participium variè redditum.

36 πάντα.

37 τὰ τῇδε. *Aduerbiũ cum articulo quomodo reddendum.*

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

38 τῇδε. *Aduerbia in ᾳ vel η.116.27.*

ὅπτα, aut aliud quod quadrat, id est, quæ hîc fiunt, vel geruntur: quæ in hoc mũdo sita sunt, &c. [38] Est autem τῇδε aduerbium sub forma datiui fœminini, cuiusmodi plurima sunt profecta ex secunda declinatione, habéntque ᾳ vel η diphthongum impropriam, δημοσίᾳ, publicè: ἰδίᾳ, priuatim: βίᾳ, violenter: παῤῥησίᾳ, confidenter, liberè: sic ἄλλῃ, πάντῃ, πῇ, ὅπῃ, κρυφῇ, ἀπουδῇ, εἰκῇ, ἡσυχῇ, κρυδῇ, πολλαχῇ, παντραχῇ, δίπλῃ, τριπλῇ, τετραπλῇ, πενταπλῇ, ταύτῃ. ad eundem modum τῇδε, quod fit ab articulo præpositiuo ὁ, ἡ, τὸ, qui aduentu particulæ δε, capitur pro demõstratiuo, 114.34. ὅδε pro οὗτος, hic: ἥδε, hæc: vnde datiuus τῇδε, huic & aduerbialiter hîc.

39 Μηδέν, 40 τιθεμένης.

[39] Nihil: ὁ μηδεὶς, ἡ μηδεμία, τὸ μηδὲν, 27.17. [40] Τίθημι, 95.26. pass. τίθεμαι, part. ὁ τιθέμενος, ἡ τιθεμένη, genitiuus τῆς τιθεμένης, id est, ponentis, facientis, ducentis. Apud Atticos enim passiua capiuntur actiuè: & alioqui deponentalia & media verba idem habent præsens & imperfectum cum passiuis. Porrò τίθεσθαι hoc loco significat idem quod λογίζεσθαι, id est ducere atque existimare: μηδὲν τίθεσθαι, nihili facere: μικρὰ τίθεσθαι, parui habere: ὑστεραν τίθεσθαι, posthabere: παρ' οὐδὲν τίθεσθαι, pro nihilo ducere, nihili facere. Verùm ista persequi non est præsentis instituti: tantùm illud studiosos adolescentes admonitos velim, si linguæ Græcæ proprietatẽ, & elegantem vocabulorum vsum tenere desyderent, vt commentarios BVDAEI summa cura perlegãt. Reperient enim incredibilem quendam thesaurum, vnde ad copiosè scribendum reddentur instructissimi.

Passiua actiuè capta.

Budæi commentarij.

41 πρὸς τὴν μακαριότητα. πρὸς, præut.

[41] Ad beatitudinem: nihili ducentis, inquit, ad beatitudinem, hoc est, præut est beatitudo. capitur πρὸς, vt apud Comicum præpositio ad: Nihil ad nostrã hanc, id est, præut nostra hæc est formosa: οὐδὲν πρὸς τὴν ἡμετέραν ταύτην.

42 ἐν ἐπαγγελίαις 43 ἐπαγγελίας. *Denominatiua in ία, 128.33.*

[42] In pollicitationibus: adiectiuum diuinis, interpres explicandi causa posuit. [43] A nominibus in ος tam substantiuis quàm adiectiuis, deducuntur substantiua in ία: κακὸς, malus κακία, malitia. ἄγγελος, nuntius, ἀγγελία, res quæ nuntiatur, ab, ἀγγέλλω, nuntio: cuius compositum ἐπαγγέλλω, ex præpositione ἐπὶ, & in voce deponentali ἐπαγγέλλομαι, promitto: hinc ἐπάγγελος, vnde ἐπαγγελία, secund. declin. datiuus pluralis ταῖς ἐπαγγελίαις.

44 ἀποκεῖμαι.

[44] Verbum κεῖμαι, 163.21. compositum ἀπόκειμαι, resideo, repositus vel depositus sum: particip. ἀποκείμενος, repositus: fœmininum ἡ ἀποκειμένη secund. declin. accusatius τὴν ἀποκειμένην. Nec miretur quis, quòd verbum præsentis temporis ἀπόκειμαι vertitur, repositus sum, & item participium ἀποκείμενος præsentis temporis per præteritum, repositum: vide notata, 278.5. in voce ἐπιφανομένης. Neque præterea hîc laborandum est, vt quia verbum κεῖμαι nobis occurrit, totam illius ediscas coniugationem: sed vbi excusso accusatiuo ἀποκειμένην ad ipsum thema perueneris, nempe κεῖμαι, hîc sistendum erit, nec vltra præsens tempus progrediendum. Id quod in omnibus obseruabis, ne lõgiùs curam extendas, quàm præsens locus postulauerit. Si quis occurret obliquus non quiescẽdum nisi reperto nominatiuo si ipse inciderit nominatiuus, aut thema verbi, nõ scrutabimur anxiè quæ inde tempora deducantur. Cæterùm quia ad cõsummatum grammaticũ pertinet, etiam illa tenere, quæ posteriore parte nostrarum Institutionum carptim scripsimus, quæ incipiũtur, 118.6. cõsultum videtur, non quidem ea solùm ediscere, vt sparsim in excutiẽdo libello quopiam obuia erũt, sed huic quoque rei postea tempus suum tribuere & à capite ad calcem vsque perlegere, serio studio haud aliter atque feceris in præceptione primorum rudimentorum.

45 ἡμῖν, 46 μακαριότητα.

[45] Nobis: datiuus pluralis ab ἐγώ [46] Ὁ μακάριος, inde ἡ μακαριότης, τῆς μακαριότητος: vide in voce ὁ μιότητος, 278.23. accusatiuus τὴν μακαριότητα.

Discipuli institutio.

Equidem scribere ad te non sustineo præ pudore, quæ in hoc extremorum finiũ recessu interdiu noctúque agito tãetsi enim vrbicas occupationes pro derelicto habui, vt

1 Ἐγὼ δὲ 2 ἀμὴ ποιῶ 3 αὐτὸς 4 ὅπῃ τῆς 5 ἐρχατιᾶς 6 ταύτης, 7 νυκτὸς καὶ 8 ἡμέρας, 9 γράφειν 10 αἰσχύνομαι: 11 κατέλιπον 12 μὴν 13 γὰρ 14 τὰς ἐν 15 ἄστει 16 διατριβὰς, 17 ὡς

1 Ego verò 2 quæ quidẽ facio 3 ipse 4 in 5 solitudine 6 hac, 7 nocte & 8 die, 9 scribere 10 erubesco. 11 de reliqui 12 quidẽ 13 enim 14 in 15 vrbe 16 occupationes, 17 tãquam

sex-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

[18] ſexcẽtorum [19] malorum [20] cauſas, [22] meipſum autem [22] nondum [23] derelinquere [24] potui.

[18] μυρίων [19] κακῶν [20] ἀφορμὰς, [21] ἐμαυτὸν δὲ [22] οὔπω [23] ἀπολιπεῖν [24] ἠδυνήθην.

ſexcentorum malorum cauſas, me tamen nondum ipſum etiam habere pro derelicto quiui.

1 ἐγὼ δέ.
2 ἀμφὶ ποιῶ.
3 αὐτός.
4 ἐπὶ τῆς ἐχαλιᾶς.
5 ἐχατιᾶς.

5 CONIVNCTIO Δὲ variè redditur, autem, verò, cæterùm, porrò, ſed, tamen, imò, rurſus, contrà, quin, potiùs: vt ſententia poſtulat. [2] Α articulus ſubiunctiuus, neutri pluralis, 114.27 ἀμφὶ eſt coniunctio. ποιῶ à ποιέω, circunflexum primæ coniug. [3] Ipſe: pronomen aptum tribus perſonis, 111. 6. [4] In ſolitudine: ἐπὶ cum genitiuo. [5] Η ἐχαλιὰ ſecun. declin. genit. τῆς ἐχαλιᾶς, per vocalem α, quòd deſinat in α purum. Cur autem ſcribatur genit. ἐχαλιᾶς per ᾶ circũflexum, notatũ, 222.7. Interpres ἐχαλιᾶς vertit, extremorũ finium receſſu: ſignificantur enim hac voce prædia ab vrbibus ſemota, receſſus, & ſolitudo ab hominũ ſtrepitu remota, ab ἔχατος, extremus. [6] Demonſtr. ὅτος, hic: αὕτη, hæc, genitiuus ταύτης, 110.26. [7] Nocte & die: tempus collocatur in genit. 229.13. Νυκτὸς) ἡ νὺξ, nox, τῆς νυκτὸς, noctis, 23. 34. Quanquam in huiuſmodi ſat fuerit indicaſſe nominatiuum, quo cõſpecto, facilè cognouerit lector, quomodo genitiuũ & reliquos caſus quærere debeat, nõ ignorans, quem ordinem in recenſendis terminationibus obſeruauerimus, de quo, 279.54. [8] Η ἡμέρα ſecund. declin. gen. τῆς ἡμέρας, quia exit in ρα. [9] Infinitiuus præſentis tẽporis, vt τύπτειν, ab indicatiuo γράφω: quod cùm ſit thema, ſiſtendum eſt, nec extra propoſitũ inquirenda ſunt reliqua tempora, 282.39. [10] Α αἰχύνω, dedecoro, pudefacio, ſuffundo pudore: αἰχύνομαι, pudefio, erubeſco, ſuffundor pudore, habes thema, ne longiùs angaris, vt reliqua rimeris tẽpora, ſed hìc ſiſtas. Cæterùm quæ verba paſſiuæ vocis, vt eſt αἰχύνομαι, ſint reuera verba paſſiua, quæ autem deponentia, & actiuo carentia, lectione authorum, vt pleraque alia, diſcendum eſt. Interpres γράφειν αἰχύνομαι, vertit ſic, ſcribere ad te non ſuſtineo præ pudore: quod ſpecioſius eſt & numeroſius, q̃ ſi verbum verbo reddidiſſet, ſcribere erubeſco: pro vno verbo αἰχύνομαι, id eſt, erubeſco, ſubſtituit multa per periphraſim, non ſubſtineo præ pudore. Quemadmodum autem rationes copiæ plurimùm valent ad parãdam verſionis elegantiam, ita & omnibus locis magno ſunt vſui: & iis potiſſimùm medentur incõmodis, quas adfert linguarum illa proprietas & phraſis. Proinde ſi quis expeditum & elegãtem interpretem præſtare ſtudeat, ſermonis vbertatem ſibi comparet, & tanquam in numerato, poſitúmque ob oculos habeat, quicquid ERASMVS de hoc genere præcepit, vir præter alias dotes innumeras, hac ad miraculũ vſque ſuſpiciendus, q̃ ita Græca in Latinum vertat, vt nullum Græcitatis veſtigium appareat: ídq; ea fide, vt nec ſententiæ quid addat, nec detrahat: cúmq; nihil minùs ſpectet, quàm vt totidem verbis reddat, tamẽ incredibili quadã dexteritate plerunque aſſequitur, vt citra ſenſus iacturam, dictionum tamen numero reſpondere videatur: hoc credo maximè fretus, quod ſcribendi vſu iam meditatum habet, quomodo in quamuis faciem formãda ſit oratio. Quo factum eſt, vt illius interpretationes, præterquã quòd Græcanicas figuras nuſquam redoleant, hoc etiam eximium præ multis aliis ſibi poſſint aſſumere, quòd tanquã fontes Latini eſſe credantur, non autem è Græcis fontibus hauriri. Sic verò interpretem agere, & numeris omnibus interpretis fidem præſtare, neque tamen alium quàm ipſum videri argumenti authorem, id demum abſoluti artificis eſt. Equidem pro mea tenuitate, nõ poſſum doctiſſimos viros in hoc negotio verſatos inter ſeſe cõmittere, & de vnoquoque cenſuram ferre: ſed tamen omnibus cãditatis linguæ Græcæ non dubito conſilium dare, vt huius viri verſiones diligentiſſimè perlegant, excutiant, & imitari conẽtur. Alia in aliis eminẽt, neque omnia ſunt in omnibus illuſtria: interpretem fidelem, Latinum & elegantem, facilem, & commodum, in variis periclitatum, niſi nobis exibuit ERASMVS, nemo vnquam eſt exhibiturus. γράφειν αἰχύνομαι) Valde vſitatus eſt Græcis infinitiuus, vbi nos gerũdiis vtimur & ſupinis, vt diximus, 279.34. in voce πρὸς τὸ ἐμπιῆσαι. verùm & alioqui, quemadmodum apud Latinos certa quædã verba gaudẽt infinitiuo, ita & apud Græcos βούλομαι λέγειν,

In expedito & elegãti interprete quid requiratur. Eraſmus.

Notio de infinitiuo.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

volo dicere: ὐ τολμῶ ποιεῖν, non audeo facere, &c. horum est hoc loco αἰχύνομαι γράφειν, erubesco scribere.[11] Λείπω, linquo, sec. aor. ἔλιπον, 55. 3. sic à καταλείπω composito, id est, derelinquo, sec. aor. κατέλιπον: nõ καταέλιπον: quia ἔλιπον incipitur à vocali, 49. 7.[12] Nusquam non obuiæ sunt hæ duæ coniunctiones. μὲν quidem, δὲ verò: vtimúrq; ipsis diuidendi gratia, vt sententiã à sententia, membrum à mẽbro discernamus: ac priorem locum vendicat sibi μὲν, posteriorem δὲ. Quamuis autem creberrimum sit δὲ, nullo præcedente μὲν, rarissimũ tamen est μὲν, quin postea subdatur vel δὲ, vel alia quæpiam coniunctio, quæ alteram sentẽtiam contineat priori respondentem, vt cui sit vel affinis, vel diuersa: itaq; hoc loco prior sententia est, κατέλιπον μὲν γὰρ τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, &c. subiungitur altera, ἐμαυτὸν δὲ οὔπω ἀπωλιπεῖν ἠδυνήθην. Cæterùm BVDAEVS pro μὲν & δὲ, posuit tametsi, tamen: quæ duo minùs Græcitatem sapiunt, quàm illa priora.[13] Enim: de hac cõiunctione diximus, 279. 8. Et quæ præterea nobis denuo ac sæpius occurrent, ea sat erit semel declarasse: vocis verò significatum altera versio facilè monstrauerit, aut adhibitum lexicon.[14] Articulus τὰς affixit præpositionem cum casu, de quo, 280. 30. in vocem τὸν μεθ' ἡμῶν βίον. verti poterat, in vrbe oblatas aut datas: aut per relatiuum, quæ in vrbe offerebãtur, quæ in vrbe mihi dabantur, quibus, cùm in vrbe agerẽ, inuolui & implicari solebã: nam hic sensus est: sed breuitatis studiosus, cõpendiò dixit, vrbicas occupationes.[15] Τὸ ἄστυ, τοῦ ἄστεος, sine crasi, 132. 8. datiuus verò ἄστεϊ crasim admittit ἄστει, si non à nominatiuo ἄστυ, certè ab inusitato nomine primæ declinationis contractorum, τὸ ἄστος, τοῦ ἄστεος, τῷ ἄστεϊ ἄστει, vt τεῖχος: quemadmodũ non solùm dicitur δόρυ, sed & τὸ δόρος, τοῦ δόρεος δόρους, τῷ δόρεϊ δόρει, vt τείχει.[16] Τείβω, sec. aor. ἔτριβον, compositum διατρίβω, secund. aorist. διέτριβον: vnde verbale ἡ διατριβὴ, secundæ declinat. accusatiuus plural. τὰς διατριβάς. Multa sunt verbalia, quæ seruant characteristicon secundi aor. διέτριβον, ἡ διατριβή.[17] Tanquam, vt, veluti: alia significata suo seruentur loco. Caueant verò studiosi, ne vocabulorum significationes inquirant, quo tempore sunt in grãmaticis occupati præceptionibus, qua in replurimũ sæpenumero peccatur. deinde iactis fundamẽtis, vbi ad authorum lectionem sese contulerint, si non aderit interpres, confugiendũ ad lexicon, sed verbi significatum illud modò tractent, & quantum dabitur, in memoria reponant, quod loco præsenti satisfaciat: reliqua si fieri potest, ne legant quidem. quòd si scriptorem probè sibi videãtur intelligere, vel viua præceptoris voce freti, vel fida alioqui adiuti interpretatione, stultũ est à lexicis petere cõsilium: in quibus vt omnia tradantur planissimè, etiam quæ vocis vsum prolatis exemplis ostendant, tamen ieiuniora minúsque viuida sunt, neq; tam penitus hærent, vt quæ ipse tibi legendis authoribus paraueris.[18] τὰ μυρία, multa & innumera: pro quo Latini sexcenta, numerus finitus pro infinito: genitiuus pluralis τῶν μυρίων.[19] Ὁ κακὸς ἡ κακὴ, τὸ κακὸν, malus, a, um: genitiuus pluralis neutri generis τῶν κακῶν, malorum.[20] Ἡ ἀφορμὴ, secundæ declinat. τὰς ἀφορμὰς accusatiuus plur.[21] Meipsum: pronomen compositum, 111. 12.[22] Nondum: πω tanquam adiectio syllabica, sic μήπω, ita apud nos syllaba dum in nondum, necdum, quiddum, haudũ.[23] Λείπω, sec. aorist. ἔλιπον, infin, λιπεῖν. sic à composito ἀπολείπω, sec. aor. ἀπέλιπον, infin. ἀπολιπεῖν,[24] Λύναμαι, possum, verbum deponens secund. coniug. in μι, à primitiuo δυάω: futur. δυνήσω, præt. act. δεδύνηκα, pass. δεδύνημαι, δεδύνησαι, δεδύνηται: aorist. prim. ἐδυνήθην, & Atticè ἠδυνήθην: mutant enim augmentũ syllabicum in temporale, 141. 38. Nemo verò miretur, nos in rimãdo themate, aut formãdo tempore multa proferre quæ non sint recepta: neq; enim quæ recepta sint recensemus, sed quomodo vnunquodque formetur.

Similitèrque illis affectus sum, qui nauigandi insolentes, nausea perditè afflictantur.

[1] Α᾽λλ᾽[2] ὅμοιός[3] εἰμι[4] τοῖς[5] ἐν θαλάσσῃ[6] ἐπὶ τῆς[7] κατὰ τὸν[8] πλοῦν[9] ἀπειρίας[10] ἀπολυμυθίοις καὶ[11] ναυτιῶσιν.

[1] Sed [2] similis [3] sum [5] in mari [6] præ [7] circa [8] nauigatione [9] inexperiẽtia [10] pereũtibus & [11] nauseantibus.

11 κατέλιπον.

12 μὲν.
μὲν & δὲ in diuisionibus.

13 γὰρ

14 τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς.
Articulus præpositioni iunctus.

15 ἄστει.

16 διατριβάς.

Verbalia ab aoristo secundo.

17 ὡς.
Vocabulorũ significationes vnde & quando inquirẽdæ.

18 μυρίων.

19 κακῶν.
20 ἀφορμάς.
21 ἐμαυτόν.
22 οὔπω.
23 ἀπολιπεῖν.
24 ἠδυνήθην.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Α'ΛΛΑ' ὅμιος, apostrophos, 6.8. Vsus te docebit quæ vocales desint, vbi assidua lectione didiceris ἀμὰ non ἀμὸ, & ita in reliquis. BVDAEVS ἀμὰ vertit que: nam hæc coniunctio varia significat, nec tãtùm est aduersatiua. [2] Similis sum: rectè vertit, similiter affectus sum. Tentabis ipse memor copiæ, num aliter quoq; reddi queat ita nobiscum agitur, perinde res nostræ sese habent: & breuiter, quæcunque voces similitudinem æqualitatémque significant, tibi in mentem veniãt, & quod optimum duxeris, id ponere licebit. [3] Accentum hoc loco remittit in præcedentem dictionem: est enim encliticum, 226.6. Cæterùm coniugationem huius verbi substantiui εἰμὶ habes, 157. 18. sed quia hîc præsens tempus occurrit, id est, thema, nõ est necesse ad reliqua descendere tempora, vt antè monuimus. [4] Inter articulum τοῖς & participium ἀπολλυμένοις, interseruntur aliquot particulæ: de quo satis iam scriptum est in præcedẽtibus. 277. 35. [5] In mari: præpositio ἐν cum datiuo θαλάσσῃ, cuius est nominatiuus ἡ θάλασσα secundæ declinationis. [6] Sic ordina, ὑπὸ τῆς ἀπειρίας, præ inexperientia, κατὰ τὸν πλοῦν, circa nauigationem, vel in nauigatione: aut sic, ὑπὸ ἀπειρίας, præ inexperientia, ἀπειρίας, inquam, τῆς κατὰ τὸν πλοῦν, quæ est circa nauigationem, quæ inter nauigandum contingit, explicando articulum τῆς, vt maximè quadrat. nec est aliud ἀπειρία κατὰ τὸν πλοῦν, inexperientia circa nauigationem, quàm inexperientia nauigandi. proinde interpretatus est totam hãc particulam duabus vocibus, nauigandi insolẽtes, capta voce, vt apud Comicum, Quid tu Athenas insolens? Υ' πὸ] præ, cum genitiuo, ὑπὸ δέους, præ metu. [7] In nauigatione, circa nauigationem, hoc est, inter nauigãdum: præpositio cum accusatiuo. [8] Πλέω, nauigo: hinc ὁ πλόος, nauigatio, vt à τρέπω fit τρόπος, 280. 46. in voce τρόπου. Contrahitur autem hoc nomen ὁ πλόος πλοῦς, accusatiuus πλόον πλοῦν, 131.28. [9] Πεῖρα, experientia: inde ἄπειρος, inexpertus: nam α est στερητικὸν μόριον, id est, primatiua particula, faciens è substãtiuo adiectiuum, quod rei priuationem significet, μοῖρα, pars, ἄμοιρος, expers: Φόβος, metus, ἄφοβος, intrepidus: sic à πεῖρα fit ἄπειρος, vnde substantiuum ἡ ἀπειρία, τῆς ἀπειρίας, secundæ declinationis. Siquidem ab adiectiuis in ός fiunt substantiua in ία, κακός, malus, κακία, malitia: vt notatum, 282. 24. in ἐπαγγελίας. Nec tamen analogia freti, conabimur quæuis à quouis deducere: sed spectendus est authorum vsus: magnus magnitudo, non magnitas: contra pius pietas, non item pietudo: iustus iustitia non iustitas nec iustitudo. sic apud Græcos φίλος φιλία, amicus amicitia, nõ item καλὸς καλία, pulcher pulchritudo. [10] Pereuntibus & nauseantibus, pro quibus BVDAEVS, qui nausea perditè afflictantur. participium alterum mutauit in verbum eiusdem temporis, & relatiuum: deinde vocem vnam duabus reddidit per periphrasim, pro nauseare, afflictari nausea: pro altero participio ἀπολλυμένοις substituit aduerbiũ perditè: aut contrà, pro ἀπολλυμένοις, perditè afflictantur, pro ναυλιῶσιν, ablatiuũ nausea. Faciamus periculum, num alio quoq; pacto vertere liceat: qui nausea pereũt, quos miserè cruciat nausea, qui pditè nausea torquentur, quos perditè grauat nausea, quos ad interitum vsque nausea premit, qui perditè vexantur nausea, quos infestat & perdit nausea, quibus nauseæ molestia perniciem adfert. Quanquam ista partim liberiora sunt, quàm pro officio interpretis: tãtùm ostendendam hoc modo viam putaui, qua ratione eruenda sint quæ studiosis huius rei cõducant, vt vbi dictionem latissimè, pluribúsque verbis explicauerint, ea demum seligant, quæ compẽdiò ad sententiam proximè videantur accedere. Α'πολλυμένοις] ὀλλύω, compositum ἀπολλύω, vnde actiuum in μι, ἀπόλλυμι: pass. ἀπόλλυμαι, perdor & pereo: particip. ἀπολλύμενος tertiæ declinat. datiuus plur. τοῖς ἀπολλυμένοις, qui regitur à nomine ὅμοιος: nam vt Latini, sic & Græci similitudinis adiectiuo tribuunt datiuum. Et quod ad illa communia syntaxeos capita spectat, fermè idem obtinet apud vtrosq; quapropter in Institutionibus nostris ista perquam paucis & carptim attigimus, & quod discipulus iam ludo Latino percepisset, id ne cõmemorare quidem voluimus, rati nos operam pdituros, si doctũ & memorem admonueremus. [11] Ναυτιάω, crasis ναυτῶ: part. ὁ ναυλιάων, τοῦ ναυλιάοντος, τῷ ναυτιάοντι, crasis ναυλιῶντι: datiuus plur. τοῖς ναυτιῶσι, reiectis literis ντ ex datiuo singulari, 32. 32.

1 ἀλλ' ὅμιος.
2 ὅμιος εἰμι.
3 εἰμι.
4 τοῖς, &c. ἀπολλυμένοις.
5 ἐν θαλάσσῃ.
6 ὑπὸ τῆς κατὰ τὸν πλοῦν ἀπειρίας.
Articulus præpositioni iunctus.
7 κατὰ τὸν πλοῦν.
8 πλοῦν.
9 ἀπειρίας.
α priuatiuum in cõpositione, 224.53.
Substãtiua in ία ab adiectiuis in ος.
10 ἀπολλυμένοις.
ναυτιῶσιν.
Interpretibus præsidio copiæ quantùm concedatur.
Eadem sentẽtia variè reddita.
Græcorũ & Latinorum syntaxis fermè eadem.
11 ναυτιῶσιν.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

& 34 Scribitur autem ναυτιῶσιν per ν in fine, de quo, 47.34. & 138.19,

Nãque illi magnitudine nauigij offensi tanquã vehemẽtiùs succutientis, in lembum aut nauiculam cùm transilierint, sic quoque non secius à nausea laborãt: nimirũ molestia ipsos ac bile quò trãsierint cũque comitãtibus.

[1] Οἱ τῷ [2] μεγέθῃ τῶ [3] πλοίῳ [4] δυσχεραίνουσιν [5] ὡς [6] πολλὺ [7] τὸν σάλον [8] παρεχομένῳ. [9] κἀκεῖθεν [10] ἐπὶ τὸν λέμβον [11] ἢ [12] τὸ ἀκάτιον [13] μεταβαίνοντες, [14] παντα χοῦ ναυτιῶσι καὶ [15] ἀπορῦνται. [16] συμμετέρχεται γὰρ αὐτοῖς ἡ [17] ἀηδία καὶ ἡ [18] χολή.

[1] Qui [2] magnitudine [3] nauigij [4] offenduntur, [5] tanquam [6] multam [7] iactationem [8] præbente. [9] & illinc [10] in lembum [11] aut [12] acatium [13] transeũtes, [24] vbiq; nauseãt & [13] hærent. [16] trãsgreditur enim cum ipsis [17] molestia & [18] bilis.

[1] Οἱ: Articulus subiũctiuus, pro quo interpres, namque illi. Siquidem relatiua sæpenumero causam indicant. [2] Τὸ μέγεθος, magnitudo: τῦ μεγέθεος, τῷ μεγέθεϊ, & per crasim μεγέθῃ, vt τείχῃ, primæ declinationis contractorum. [3] Τὸ πλοῖον, τῦ πλοίῳ, tertiæ declin. [4] Δυσχεραίνω, indignor, indignanter ferò, offendor datiuo iungitur: tertia plur. δυσχεραίνουσι, cui additur litera ν, de hoc, 47.34. [5] Tanquam multam iactationem præbenti: qui datiuus refertur ad casum μεγέθῃ: indignantur nauis magnitudini tanquam præbenti multam iactationẽ, id est, vt quæ, siue quippe quæ præbeat multã iactationem. [6] Accusatiuus nominatiui πολὺς: de quo, 136.5. [7] Ὁ σάλος tertiæ declin. iactatio in mari, vndarum & fluctuum agitatio, quæ dum in nauim irruit, solent vectores huc atque illuc quassari, & in vtraq; nauis latera protrudi. [8] Præbenti, efficienti. In eadem significatione plurima vel actiuè proferuntur, vel passiuè: horum est παρέχω & παρέχομαι, præbeo: part. ὁ παρεχόμενος. Scitè interpres pro παρέχεσθαι σάλον, id est, præbere & efficere iactationem & agitationẽ, vsus est verbo succutere. Nã propriè succutere, aut quod receptius est, succussare dicitur equus, qui sic graditur, vt sessorem concutiat, & equus ipse succussor appellatus est, & succussarius, à succussatione, hoc est, eiusmodi agitatione. Itaque id verbi ad turbulentã nauigationem accõmodauit, quoties in vasto nauigio vector haud aliter concutitur, atq; sessor à succussatore. Accusatiuum autem πολὺν expressit aduerbio vehementiùs: παρεχομένῳ πολὺν τὸν σάλον, præbenti multam iactationem, mutauit in Vehementiùs succutientis. quanquam si anxiè superstitiosi esse volumus, vertendum est non succutientis sed succutiẽti. Participium enim παρεχομένῳ tribuitur datiuo μεγέθῃ, non genitiuo πλοίῳ, nisi fortè BVDAEVS genitiuum legit παρεχομένῳ πλοίου, succutientis nauigij, non autem μεγέθει παρεχομένῳ, magnitudini succutienti. Boni consulat lector curiositatem, quæ, cùm tam pulchrè constet sensus, dubio procul, iniqua foret, nisi nobis propositum esset etiam in minutissimis adiuuare discipulorum studia, eorúmque hęsitãtiæ sic mederi, vt quasuis amoliremur remoras. [9] Crasis pro καὶ ἐκεῖθεν, & illinc, 155.30. & 157.1. [10] Ἐπὶ præpositio: ὁ λέμβος tertiæ declinationis. [11] Ἢ, aut: hæc litera varia significat, vt variant illius spiritus & accentus. [12] Genus est nauiculę piscatoriæ. [13] Participium plur. à μεταβαίνω, transeo. [14] Παντα χοῦ, vbique: ναυτιάω, nauseo: tertia plur. ναυτιῶσι, per crasim ex ναυτιάουσι: hîc autem verbum est ναυτιῶσι: suprà verò participium datiui plur. qui voce consentit cum tertia plur. 104.38. [15] Ἀπορέομαι, hæreo, perplexus sum: tertia plur. ἀπορέονται, crasis ἀπορῦνται, vt ποιοῦνται. [16] Simplex ἔρχομαι, compositum ex μετὰ μετέρχομαι: deinde altera præfigitur præpositio σὺν: nec tamen dicitur συμμετέρχομαι, sed συμμετέρχομαι, migrante ν in μ, vt 279.39. in voce ἐμποιῆσαι: tertia persona sing. συμμετέρχεται, vt τύπτεται. Composita verò ex σὺν gaudent datiuo, 229.30. sic hoc loco συμμετέρχεται αὐτοῖς, cum eis trãsit, nisi ineptire velis & dicere, cõtransit eis, pro eo quod est, vnà aut pariter cum eis transit. BVDAEVS vertit, quò transierint cunque comitãtibus, per tmesin: pro, quocunque transierint comitãtibus. Mutauit quoque interpres orationis faciem, dum in locum verbi cum coniunctione causali, substituit ablatiuum: pro, nam comitãtur, dixit comitan-

1. οἱ.
Relatiua causam indicant.
2 μεγέθει.
3 πλοίῳ.
4 δυσχεραίνουσιν.
5 ὡς πολὺν τὸν σάλον παρεχομένῳ.
6 πολύν.
7 τὸν σάλον.
8 παρεχομένῳ.
Eadẽ significatio in voce eiusdem verbi actiua & passiua.
In Budæi interpretationem disquisitio.

9 κἀκεῖθεν.
10 ἐπὶ τὸν λέμβον.
11 ἢ τὸ ἀκάτιον.
12 τὸ ἀκάτιον.
13 μεταβαίνοντες.
14 παντα χῦ ναυτιῶσι.
15 ἀπορῦνται.
16 συμμετέρχεται.

Budæi interpretatio examinatur.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

mitantibus: propterea quod ablatiui absolutè positi crebrò causam reddunt, vnde & particulam adiecit, nimirum. [17] Ἀνδὴς, molestus, iniucundus: ἀνδία, molestia. Suidas interpretatur ἀνορεξία, id est (si ita loqui liceret) inapetentia, cum stomachus destituitur appetitu, quod iis cõtingit, qui nauigationis impatientes nauseant. [18] Bilis, & pro ira capitur: vnde præcessit δυχεραίνουσι, indignantur, stomachantur, offensi sunt. Obseruabis hoc loco nõ pertinere ad interpretem, vt periodi, membri, aut incisi rationem habeat, sed vtcunque visum erit, aut structuræ Græci sermonis omni ex parte respondeat, aut periodum in membrum, membrum in incisum redigat, aut contrà geminã periodum transferat in vnam. Verbi gratia, BVDAEVS si exactè singula tantùm spectasset, at non potiùs vniuersam sententiam animo concepisset, tres absoluisset, vt habet Græcus, periodos, hoc modo: Nam illi magnitudine nauigij offenduntur, tanquam vehementiùs succutientis. Deinde in lembũ aut nauiculam cùm transilierint, sic quoque non secius à nausea laborant. Nã molestia ipsos ac bilis quò transierint cunque comitantur. Vides hîc tria esse pronuntiata, quæ tribus absoluta sunt verbis, offenduntur, laborant, comitantur, perinde atque in Græcis tres periodi totidem constant verbis, δυχεραίνουσι, ναυτιῶσι, συμμετέρχεται: quæ tria ad vnicam translata sunt periodũ, vultu sermonis nõnihil immutato, quod duo verba δυχεραίνουσι & συμμετέρχεται reddit per participia, offensi, & comitãtibus. Atque hæc variandi figura, iacenti alioqui & frigenti orationi mederi solet. Quandoque enim Græca rectè habẽt multis distincta periodis, vbi Latinus scriptor minus acris erit, nisi membrorum & incisorum potiùs feratur multitudine, quàm clausularũ. est rursum vbi cõtrà fieri præstiterit, vt plausibiliores sint multæ sententiæ paucis grauatæ membris, quàm periodus iusto prolixior & obscurior: quæ omnia is demũ nosse poterit, quisquis & optimos quosq; interpretes pressiùs excusserit, & ipse quoque sese in vertendis Græcis exercuerit, idque nõ oscitanter ac citra iudicium, sed tanquam in promptu positis rationibus, quot tandem modis singula verti queant, quóve pacto verbum nũc participio, nunc adiectiuo reddatur: participium interdum verbo, interdum nomine: oratio actiua in passiuam conuertatur, aut contrà: & ita in cæteris omnibus ad manum sit variandi forma.

17 ἀνδία.

18 χολή. *Interpres in vniuersa sententia reddenda, mẽbris aut incisis non astringitur.*

[1] Tale [2] igitur [3] quiddam [4] & [5] nostrum. nam [6] domesticas [7] perturbationes [8] simul circunferentes, vbique [9] cum [10] similibus tumultibus [11] sumus. [12] itaque [13] nihil [14] magnũ [15] solitudine [16] lucrati sumus [17] hac.

[1] Τοιοῦτον [2] οὖν [3] τι [4] καὶ [5] τὸ ἡμέτερον. τὰ γὰρ [6] ἔνοικα [7] πάθη [8] συμφερόντες, παντα-χοῦ [9] μετὰ τῶν [10] ὁμοίων θορύβων [11] ἐσμέν. [12] ὥστε [13] οὐδὲν [14] μέγα τῆς [15] ἐρημίας [17] ἀπωνάμεθα [16] ταύτης.

Huiusmodi igitur quiddã nobis contigit, qui domesticas perturbationes quoquò circunferentes gentium, vbique locorum perinde versamur in tumultu. quare non magnopere adiuti sumus ab hac solitudine.

1 τοιῦτον. 2 ἦν. 3 τί.

TALE: Neutrum in ον, de quo 129. 25. [2] Igitur, ergo: coniunctio nunc illatiua, nunc continuatiua. [3] Quiddam: neutrum ab infinito nomine τίς τινὸς, de quo, 28. 33. destituitur autem proprio accentu, quod sit encliticum: de quo, 226. 2. & 6. nec tamen ipsum remittit in præcedẽtem dictionem ἦν. Nulla enim syllaba geminum fortitur accentum. igitur ἦντι scribendum vnico accentu: at in σῶματι duplex est: syllaba nanque μα proprium nullum habet, ideóque locum tribuit accẽtui particulæ τί. Quòd si dictionem encliticam præcesserit syllaba proprium accẽtum possidens acutum, ísque ob cõsequentiam migret in grauem, vt θεὸν τινὰ φιλεῖ, rursum reponetur acutus. si encliticũ proprio destitueris, θεόν τινα φιλεῖ, non autem θεὸν τινα φιλεῖ. [4] Et, etiam, quoque: verti posset, huiusmodi igitur nobis quoque cõtigit: nisi quòd καὶ multis locis abundat, de quo vide Commentarios BVDAEI, in quibus pleniſſimè docet vsum partium orationis indeclinabilium. [5] Nostrum: pronomen possessiuum, huiusmodi, inquit, quiddam etiam nostrũ, subaudi, est: crebro enim verbum substantiuum intelligitur, cùm alioqui apertus est sensus. Capitur autem nostrum

Notio de dictionibus encliticis.

4 καὶ. *καὶ abundans. Cõmentarij Budæi.*

5 τὸ ἡμέτερον. *Verbum substantiuũ intellectum*

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Ludit copia.

6 ἔνοικα πάθη. Adiectiua præpositionum adminiculo formata. Græci in compositione felicissimi.

7 πάθη. 8 συμφερόμενοι Composita quomodo Latinè interpretanda.

9 μετὰ τῶν ὁμοίων θορύβων ἐσμέν.

10 ὁμοίων θορύβων. 11 ἐσμέν. 12 ὥστε. 13 οὐδὲν. 14 μέγα. 15 ἐρημίας. 16 ταύτης. 17 ἀπωνάμεθα. Thematis perquisitigandi modus.

subſtãtiuè, id eſt, res noſtra ſiue negotiũ noſtrum, pro quo interpres dixit, nobis cõtigit. Liceat tibi quoque ſic vertere: Ad hunc igitur modum noſtræ quoque res ſeſe habent, Neque verò aliter nobiſcũ agitur, In eiuſmodi igitur ſtatu res noſtræ quoque ſunt ſitæ, Ad eundem rerum ſtatum nos quoque redacti ſumus, Eodem nimirum fermè loco res quoque noſtræ cõſiſtunt, &c. [6] Domeſticas perturbationes: οἶκος, domus: ἔνοικος domeſticus, quaſi dicas, in domo exiſtens. Plurima verò præpoſitionum adminiculo formantur adiectiua, aut quæ tãquam adiectiuè capiuntur, cuiuſmodi ſunt ea, quæ officium aliquod ſignificant, aut functionem. & muneris alicuius adminiſtrationem: quorum quidem nominũ tanta eſt copia, vt nulla ſint lexica numerandis omnibus abſoluta. Cũ ſint enim Græci in omni cõpoſitionis genere feliciſſimi, nec tam arctis cõcluſi ſpatiis vt Latini, nullus vnquam futurus eſt modus, qui nouis cõcinnandis vocibus ſtatuatur: ſed pro re nata & licuit, ſempérque licebit ſcita compoſitione recèns & nuper exorta ſignare. [7] Τὸ πάθος primæ declinat. contractorum, τοῦ πάθεος: plurale τὰ πάθεα, & per craſim πάθη. [8] Si Latinis æqualis permitteretur audacia, verterent cõcircunferentes, ſed aures nõ ferunt. Itaque quoties iſtiuſmodi occurrunt, quæ ad verbum cõmodè & venuſtè reddi non poſſunt, vt fermè cõtingit in Græcorum compoſitionibus, ſpectare conuenit ſententiam, & illã verbis aſſequi vel diuerſiſſimis. Vim præpoſitionis σὺν ſic exprime, vna nobiſcũ circunferentes. nam quod addit interpres, quoquò gentiũ, non ad ſignificatum præpoſitionis facit, ſed toti ſententiæ ſeruit & ornatui. Συμφερόμενοι) φέρω, fero: adde præpoſitionẽ φερί, περιφέρω: præfige alterã præpoſitionẽ συν, ſed migret ν in μ, συμφέρω: vnde particip. συμφέρων, τοῦ συμφέροντος, plurale, οἱ συμφέροντες. [9] Cũ ſimilibus, hoc eſt, eiſdem tumultibus ſumus: pulchrè interpres, perinde verſamur in tumultu: genitiuũ ὁμοίων expreſſit aduerbio perinde: μετὰ θορύβων, dixit in tumultu: pro verbo ἐσμὲν, poſuit verſamur. [10] Nominatiuus ſingularis ὅμοιος θόρυβος, tertiæ declinationis. [11] Sumus: ab εἰμὶ, ſum, 157.19. [12] Itaque quapropter, quare. [13] Nullũ, nihil: ab οὐδεὶς, 27, 17. [14] Neutrum à μέγας, 136.10. [15] Η' ἐρημία, τῆς ἐρημίας, ſecundæ declinationis. [16] Nominatiuus αὕτη, genitiuus ταύτης, 110.28. [17] Tolle præpoſitionem ἀπὸ, manet ſimplex ὠνάμεθα pro ὠνησάμεθα, per ſyncopen, vt ſcripſimus, 187, 20 & 25. igitur ὠνάμεθα eſt aor. prim. medius pro ὠνησάμεθα, cuius ſingulare ὠνησάμην, ab aor. act. ὤνησα, fut. ὀνήσω. præſens ὀνέω, pro ο, quod ratione augmenti vertebatur in ω. Cęterùm dum iſtiuſmodi ratione verborum themata quærimus, nihil nos offendat, quòd per quæ decurrimus tempora, crebrò ſint inuſitata nec enim hoc hîc agitur, vt ſciamus receptũ themáne ſit ὀνέω, an potiùs verbũ in μι, ὄνημι: tantùm paratur via quæ temporum formationes demõſtret. Οὐδὲν μέγα τῆς ἐρημίας ἀπωνάμεθα ταύτης) gaudet hoc verbum accuſatiuo cum genitiuo: accuſatiuus ſignificat fructum & emolumentũ quod percipimus, genitiuus autem id vnde fructus proficiſcitur. idẽ fit in verbo ἀπολαύω. Lucianus quodam loco vtrũque vſurpauit, τί μὴν γάρ, inquit: σὺ ἀπολαύσας τῶν ὁρῶν; τί δ' ἂν ἀπόναιντο τοῦ σοῦ κάλλους αἱ βόες; quemnã fructum percipies è mõtibus? quid verò boues conſequãtur emoluměti è tua pulchritudine? Interpres pro accuſatiuo οὐδὲν μέγα, poſuit nõ magnopere, aduerbialiter: Nõ magnopere adiuti ſumus ab hac ſolitudine.

At verò quæ facta à nobis oportuit, vndeque auſpicandum fuit ei, qui veſtigiis hærere voluit eius, qui nobis ſalutis viam præiuit (ſi quis, *inquit*, ponè me venire vult, abiuret ſemetipſum, & tollat ſuam ipſe crucẽ, & ſequantur me) *hæc ferè ſunt.*

Α[c]1 μὴν τοι 2 ποιεῖν 3 ἔδει, καὶ 4 ὅθεν 5 ὑπῆρξεν 6 ἡμῖν 7 μετ' ἴχνων 8 ἔχεσθαι τοῦ 9 πρὸς σωτηρίαν 10 καθηγησαμένου (11 εἴτις 12 γάρ, φησι, 13 θέλει 14 ὀπίσω 15 μου 16 ἐλθεῖν, 17 ἀπαρνησάσθω 18 ἑαυτὸν, καὶ 19 ἀράτω τὸν 20 σταυρὸν 21 αὐτοῦ, καὶ 22 ἀκολουθείτω 23 μοι) 24 ταῦτά 25 ἐστιν.

Quæ [1] verò [2] facere [3] oportebat, & [4] vnde [5] licuit [6] nobis [7] veſtigiis [8] hærere [9] ad ſalutem [10] præeuntis (11 *ſi quis* 12 *enim*, inquit, 13 *vult* 14 *poſt* 15 *me* 16 *venire*, 17 *abneget* 18 *ſeipſum*, & 19 *tollat* 20 *crucem* 21 *ſuã*, & 22 *ſequatur* 23 *me*) 24 *hæc* 25 *ſunt:*

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

[26] in quiete [27] mentem habere [28] conari [29] conuenit.

ἐν ἡσυχίᾳ [27] τὸν νοῦν ἔχειν [28] πειρᾶσθαι [29] πρέπει.

iam primùm mentem pacatam habere conueniebat.

A T, Verò, verùm: aduersatiua coniunctio: hoc loco respondet coniunctioni μέν, quæ multò antè præcessit, ἃ μὲν ποιῶ αὐτός, &c. nam post μέν, vt scripsimus, 284. 5. in voce μέν, fermè sequitur δέ, aut alia quæuis cõiunctio, posteriori sententiæ aut membro seruiens: hîc prior oratio, vbi ponitur μέν, statum rerum BASILII continet: altera quæ effertur per μέντοι, declarat quid ipsum agere conueniebat. [2] Infinitiuus à verbo ποιέω, ποιῶ, 79. 9. [3] Oportebat: impersonale δεῖ, oportet, 186. 9. finge vocem personalem, & cape tertiam personam, δέω, δέῃς, δέῃ, & per crasim δεῖ: imperfectum ἔδεον, ἔδεες, ἔδει, crasis ἔδει: est enim impersonale actiuæ vocis. [4] Vnde, è quibus: aduerbium. [5] Simplex ἄρχω, fut. ἄρξω, aorist. prim. ἦρξα: compositum ὑπάρχω, fut. ὑπάρξω, aor. prim. ὑπῆρξα, ὑπῆρξας, ὑπῆρξε, quod verbum infinitiuo iunctum tanquam impersonaliter accipitur, pro cõtigit, licuit, euenit: ὑπῆρξεν ἔχεσθαι, licuit hærere. fortè BASILIVS scriptum reliquit, ὑπῆρξεν ἄν, id est, licuisset. in exemplari Aldino deest hæc vox ὑπῆρξεν, sed tantùm excusum est, ὅθεν ἡμῖν τῶν ἰχνῶν ἔχεσθαι, vnde nobis vestigiis hærere: quod nescio an secutus sit BVDAEVS, interpretatus in hunc modum, vndéque auspicandum fuit ei, qui vestigiis hærere voluit, &c. quasi quippiam subaudiendum putârit: ὅθεν, vnde, & è qua re, subaudi proficiscitur, ἔχεσθαι τῶν ἰχνῶν, hærere vestigiis: quanquam alioqui ab iis auspicari conuenit, vnde licet remassequi. [6] Nobis: datiuus plur. ab ἐγώ, 110. 13. [7] Genitiuum pluralem indicat articulus τῶν, sed cùm quiuis genitiuus plur. desinat in ων, & articulus τῶν sit omnis generis, aut præceptore opus est aut lexico, vt discas nominatiuum esse τὸ ἴχνος, vestigium, primæ declin. contractorum, τοῦ ἴχνεος, τῶν ἰχνέων, crasis ἰχνῶν.

1 μέντοι. *Post μέν ponitur alia coniunctio:*

2 ποιεῖν. 3 ἔδει.

[8] Infinitiuus ab ἔχομαι, hæreo: postulat genitiuum. [9] Ad salutem: σωτὴρ, seruator, τοῦ σωτῆρος: vnde ἡ σωτηρία salus. Nam quemadmodum à nominatiuis in ος fiunt substantiua in ία, κακός, ἡ κακία, 282. 25. in voce ἐπαγγελίαις: ita & à genitiuo desinente in ος, quandoque huiusmodi fiunt nomina in ία, vt τοῦ σωτῆρος, ἡ σωτηρία secundæ declin. [10] Genitiuus est. Ordo est, ἔχεσθαι τῶν ἰχνῶν τοῦ καθηγησαμένου πρὸς σωτηρίαν, hærere vestigiis eius, qui præiuit ad salutem. nominat. ὁ καθηγησάμενος, participium à primo aor. med. καθηγησάμην: prim. aor. actiuus esset καθήγησα, fut. καθηγήσω, præsens καθηγέω: verùm solùm est receptum in voce passiua siue media καθηγέομαι, crasis καθηγοῦμαι primæ coniug. circũflexorum. Tamen quoties hæc verba deponentia siue communia sunt excutienda, formabimus omnia tempora more actiuorum & passiuorum, quamuis non sint recepta. ideóque à καθηγησάμην sursum ascẽdemus ad præsens vsque καθηγέω, sed lexicon docebit tãtũm receptum esse καθηγέομαι, quod est compositum ab ἡγέομαι. nam κατὰ perdit vltimum α, quia verbum incipitur à vocali, quæ quòd sit aspirata, mutatur τ in θ, καθηγέομαι, non κατηγέομαι 49. 17. & 15. Cæterùm deponentiũ verborum tempora quædam fiũt vt in passiuis, quædam vt in mediis: quod vsu magis disces quàm præceptis. Est autem καθηγοῦμαι, idem quod præco, præceptor sum: hinc καθηγεμὼν, author, præceptor, qui rem instituit. [11] Si quis: τὶς aliquis, encliticum est, & accẽtum remittit in præcedentem syllabam εἰ, quæ ex se accentum nullum habet, cuiusmodi & alia scripsimus, 225. 45. [12] Φημὶ, dico: tertia persona φησὶ, 164. 26. éstque ex encliticis, & accentu destituitur, 226. 1. & 8. Est autem locus, quẽ citat BASILIVS, Lucæ capite nono, nisi quòd ibi additur hæc particula, καθ' ἡμέραν, id est quotidie. [13] Vult: prima persona θέλω, volo. [14] Post me: aduerbium est cum genitiuo. Græcorum quædam aduerbia per præpositionem reddimus. [15] Genitiuus ab ἐγώ: destituitur accentu tanquã encliticum. [16] Ἐλεύθω, secundus aor. ἦλυθον, syncope ἦλθον: infinit. ἐλθεῖν, 148. 20. [17] Tolle præpositionem ἀπὸ, manet, ἀρνησάσθω, aoristus primus medius imperatiui, vt τυψάσθω: secunda persona ἄρνησαι, vt τύψαι: indicatiuus ἠρνησάμην: aor. prim. actiuus esset ἤρνησα, fut. ἀρνήσω, præsens ἀρνέω: sed receptun est deponens ἀπαρνέομαι: inde ἀπαρνέομαι, abnego. [18] Semetipsum: pronomen com-

5 μέν, 284. 5.

10 δεῖ, 186. 9.

15 ὑπῆρξεν.

20 ὅθεν, ἔχεσθαι τῶν ἰχνῶν,

25 τὸ ἴχνος,

4 ὅθεν. 5 ὑπῆρξεν.

6 ἡμῖν. 7 τῶν ἰχνῶν.

8 ἔχεσθαι. 9 πρὸς σωτηρίαν. *Substantiua in ία à nominatiuis & genitiuis in ος.*

30 καθηγησαμένου.

35 *Tempora deponentium & cõmunium quomodo excutiẽda.*

40 καθηγέομαι,

45 εἴ τις.

10 καθηγησαμένου.

Deponentia capiunt sua tẽpora & à voce pass. & à media, καθηγεμών.

11 εἴ τις. *Vide 226. 12. & 227. 21.*

12 φησὶ. 13 θέλω. 14 ὀπίσω μου. *Aduerbia per præpositionem reddita.* 15 μου. 16 ἐλθεῖν. 17 ἀπαρνησάσθω. 18 ἑαυτόν.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

19 ἀράτω.
20 σταυρόν.
21 αὐτῦ.
αὐτῦ pro αὐτοῦ.
22 ἀκολυθείτω.
23 μοι.
24 ταῦτά ἐστιν.
25 ἐστιν.
Atticismus.
138.19.
26 ἐν ἡσυχίᾳ ἔχειν.
27 τὸν νοῦν.
28 πεφᾶσθαι.
29 προσήκει.

positum, III. 17. [19] Αἴρω, tollo: fut. ἀρῶ. aor. prim. ἦρα: imperatiuus ἆρον, ἀράτω, vt τύψον, τυψάτω. [20] Ὁ σταυρὸς, crux: tertiæ declin. [21] Ipsius: crebrò reperies αὐτῦ, pro ἑαυτῦ, quod per aphæresim dicitur pro ἑαυτοῦ, III. 28. [22] Ἀκολουθέω, sequor: datiuum regit, 229.25. imperatiuus ἀκολούθει, ἀκολυθείτω, & per crasim ἀκολουθείτω, vt ποιείτω, ποιήτω, 78. 21. [23] Datiuus ab ἐγὼ: ex enclititis est accentu carens. [24] Ταῦτα, hæc: neutrum plurale pronominis οὗτος, 110. 31 Iungitur verbo singulari, 227. 40. [25] Est: tertia singularis ab εἰμὶ, sum, 157. 18. éstque ex encliticis. Scribitur autem ἐστιν per ν more Attico, qui personis in iota finitis addunt ν siue sequatur vocalis, siue consonans, siue absoluta vt sententia siue non, ídque receptissimum in ecclesiasticis scriptoribus. [26] Ἔχω, habeo: infinitiuus ἔχειν, habere: ἐν ἡσυχίᾳ, in quiete: pro quo BVDAEVS, pacatam habere. ἡ ἡσυχία, quies, secundæ declinat. datiuus ἡσυχίᾳ, per ᾳ diphthongum impropriam. ἐν, in, præpositio iuncta datiuo ἡσυχίᾳ. [27] Accusatiuus: nominatiuus ὁ νόος, crasis νοῦς. 131. 24. [28] Πέφαμαι, nitor, conor, tento, secundæ, coniug. circunflexorum: infinit. πεφᾶσθαι, crasis πεφᾶσθαι. [29] Conuenit, impersonaliter: præsentis temporis, à πρὸς & ἥκω: cõpositum προσήκω, cõuenio. BVDAEVS imperfecto reddit, iam primùm, inquiens, mentem pacatam habere conueniebat. pro quo Græcus dixit, ἐν ἡσυχίᾳ τὸν νοῦν ἔχειν πεφᾶσθαι προσήκει, hoc est, verbũ è verbo, in quiete mentem habere, conari conuenit: ordo est, conuenit conari habere, id est, vt habeas, aut vt habeat quis mentem, &c. Magnus est enim vsus infinitiui Græci, & sæpenumero commodè redditur per optatiuum præcedẽte particula vt, aut alia simili. Cæterùm nos docendi gratia rudiùs vertimus, quò per omnia discipulo satisfaceremus. Neque verò miretur si inter Græca nihil resp̃deat illi. Iam primùm nec interpretem damnet, quasi infinitiuũ πεφᾶσθαι neglexerit. Latinis auribus ille inseruiuit, & sensum bona fide reddidit. Verùm iam deinceps in istiusmodi versionis siue libertate, siue authoritate, non multùm immorabimur, sed BVDAEI doctissimam interpretationem tãtùm ascribemus. Vbi enim singulorum verborum themata commõstrata fuerint, & grammaticas minutias exactè perueστigauerimus, facilè quiuis iudicio ipse suo consequetur, quid interpres aut prudens adiecerit aut, securus trãsmiserit. quorum vtrunque quantum permissum sit, fidorum interpretum scripta docebunt. Nunc quo cœpimus proposito, has Meditationes absoluamus. De interpretãdi ratione, aliàs fortè & copiosiùs dicemus.

Infinitiuus per optatiuum redditus.

Interpretis libertas.

Vt enim oculus continuo circũactu versatus, & nunc horsum illorsúmque deflexus, nunc sursum deorsúmque erectus vicissim ac depressus, exactè cernere nequit, sed obtutu incumbere in rẽ visam eum oportet, siquidem conspectum rei perspicuũ facturus est: hunc in modum mẽtem humanam sexcentis mũdi curis distractam euidenter cernere veritatem vix est vt euenire possit.

1 ὡς γάρ.
2 ὀφθαλμὸν.
3 περιαγόμενον.

[1] Ὡς γὰρ [2] ὀφθαλμὸν [3] περιαγόμενον [4] συνεχῶς, [5] καὶ νῦν μὲν [6] ἐπὶ τὰ πλάγια [7] περιφερόμενον, νῦν δὲ [8] πρὸς τὰ ἄνω καὶ κάτω [9] πυκνὰ [10] μεταστρεφόμενον, [11] ἰδεῖν [12] ἐναργῶς [13] οὐχ [14] οἷόντε, ἀλλὰ [15] χρὴ [16] πρόσπεφυκυῖαν [17] τὴν ὄψιν τῷ [18] ὁρωμένῳ, [19] εἰ [20] μέλλοι [21] ἐναργὴς [22] αὐτοῦ [23] ποιεῖσθαι τὴν [24] θέαν. [25] οὕτω καὶ νοῦν [26] ἀνθρώπου [27] ἐν [28] μυρίοις [29] πρᾶγμ [30] ἐν τῷ κόσμῳ [31] φροντίδων [32] περιελκόμενον, [33] ἀμήχανον ἐναργῶς [34] ἐνατενίσαι τῇ [35] ἀληθείᾳ.

[1] Vt enim [2] oculũ [3] circumactũ [4] assiduè, [5] & nũc quidem [6] in obliqua [7] circũlatum, nũc verò [8] ad superna & inferna [9] idẽtidem [10] reuersum, [11] cernere [12] euidẽter [13] non [14] possibile, sed [15] oportet [16] affixũ esse [17] obtutũ [18] viso, [19] si [20] futurus sit [21] euidente [22] ipsius [23] facere [24] conspectũ: [25] sic & mẽtẽ [26] hominis [27] ab [28] innumeris [30] in mundo [31] curis [32] distractam, [33] difficile euidenter [34] intẽdere [35] veritati.

1 Ὡς γάρ: respondet ei quod sequitur, οὕτω sic. 2 Oculum: ὀφθαλμὸς tertiæ declinat. 3 Accusatiuus participij præsentis temporis nominatiuus ὁ περιαγόμενος

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

γόμενος, à passiuo περιάγομαι: actiuum περιάγω, circumago, circunduco, verso, à περὶ & ἄγω: nec abiicit περὶ vocalem, licèt verbũ ἄγω incipiatur à vocali, 49. 7. & 13. [4] Συνέχω, contineo: inde συνεχὴς, continuus, primæ declinat. contractorum, τῆ συνεχέως, τὴν συνεχέων, crasi συνεχῶν, & ν in σ conuerso, fit aduerbium [5] συνεχῶς, quasi dicas, continenter: qua voce Cæsar vtitur pro assiduè, & citra intermissionem: Cõtinenter bellum gerere. De huiusmodi aduerbiorũ formatione, 116. 13. Pro περιελκόμενον συνεχῶς, BVDAEVS habet, continuo circũactu versatus. [5] Et nunc quidem: νῦν aduerbium temporis. [6] In obliqua: neutrum plurale accusatiui casus: nominatiuus singul. ὁ πλάγιος, obliquus, transuersus, tertiæ declinat. pro ἐπὶ τὰ πλάγια, BVDAEVS, horsum illorsumque. [7] Φέρω, compositum περιφέρω, pass. περιφέρομαι, circũferor participiũ ὁ περιφερόμενος tertiæ declinationis: accusatiuus τὸν περιφερόμενον. [8] Sursum ac deorsum: ἄνω aduerbium, sursum, suprà: κάτω, deorsum infrá. Aduerbiis articuli adduntur in quouis genere & numero, sensúsq; redditur Latinè per cõueniens aliquod participium, aut aliam quãpiam vocem, quæ maximè quadrat: ὁ ἄνω, qui sursum versatur τὰ ἄνω, sursum sita: τὰ κάτω, deorsum posita: πρὸς τὰ ἄνω, ad ea quæ sursum consistunt. Πρός) Præpositio: iuncta est accusatiuo τὰ ἄνω. [9] Neutrum plurale ab adiectiuo πυκνὸς, densus, frequens. Neutra verò adiectiua in vtroq; numero tanquam aduerbiascunt: πολλὰ, multùm: sic πυκνὰ, frequenter: pro quo BVDAEVS vicissim, id est, identidem, crebrò, per interualla. [10] Accusatiuus est: nominatiuus ὁ μεταστρεφόμενος, participiũ præsentis temporis à passiuo μεταστρέφομαι: actiuum μεταστρέφω, cõuerto, reuerto: à μετὰ & στρέφω, pro πυκνὰ μεταστρεφόμενον, id est frequentur cõuersum, vertit erectus vicissim, ac depressus. nam πρὸς τὰ ἄνω μεταστρέφεσθαι, id est sursum conuerti, non aliud est quàm erigi: contrà πρὸς τὰ κάτω μεταστρέφεσθαι, deorsum conuerti, tanquam est deprimi. id verò per vices contingit sibi mutuò succedẽtes, ideo πυκνὰ μεταστρέφεσθαι dixit, vicissim erigi ac deprimi. [11] Videre: infinitiuus secundi aoristi. 194. 2 in εἶδω. [12] Manifestè, euidenter: aduerbium factũ à genitiuo plurali ἐναργῶν: nominatiuus ὁ καὶ ἡ ἔναργὴς, primæ declin. contractorum. [13] Non: ὐ ante consonantem, ὐ ποιήσω: οὐκ ante vocalem tenuem, οὐκ ἐποίησα: οὐχ ante aspiratam, οὐχ ἅπας. [14] Οἷος, potens, possibilis: quod nomen Ionico more capit parelcon τε, οἷός τε, neutrum οἷόν τε. [15] Oportet: impersonale, 219. 13. [16] Simplex ἐρεῖσθήναι, vt πεφθῆναι, aorist. pr. pass. infinitiui modi: indicatiuus ἤρεισθην, à tertia persona præt. passiui ἤρεισται: prima persona ἤρεισμαι: præt. act. ἤρεικα, fut. ἐρείσω, præs. ἐρείδω, id est, firmo, figo: περιερείδω, applico: affigo: περιερεῖσθαι τὴν ὄψιν, affigi oculum. siue aspectum applicari. [17] Ὄπτομαι, video: præt. ὦμμαι, secũda persona ὦψαι: hinc ablato incremẽto verbale fit ἡ ὄψις, τῆς ὄψεως, τὴν ὄψιν, secũdæ declinat. cõtractorum. [18] Ei quod videtur: ὁράω, video: ὁράομαι, videor, crasis ὁρῶμαι, secundæ coniug. circunfl. particip. ὁρώμενος, datiuus τῷ ὁρωμένῳ: pro quo BVDAEVS dicit, rem visam. Nam huiusmodi participiis præteriti tẽporis sæpius abutimur, & ad significationem præsentis accõmodamus, quòd Latini non habeant participium præsens à verbo passiuo. Quamquam & Græci & Latini participia crebrò solent vsurpare, nõ habita ratione tẽporis, sed significati: vt rem visam dicamus nõ eam solùm quam tempore præterito vidimus, sed omne id in quod oculus officio suo fungi potest: sic Græci τὸ ὁρώμενον participio præsentis tẽporis appellãt quicquid cerni potest, siue nunc in præsentia cernatur, siue anteà cõspicuum fuerit, licèt iam lateat, neque appareat, id est τὸ ὁρώμενον, & visum, pro obiecto visus, vt Physici loquuntur, accipimus. [19] Si: coniunctio hîc posita cum optatiuo μέλλοι. [20] Optatiuuus vt τύπτοι: indicat. μέλλω: quod verbũ peculiariter gaudet infinitiuo: solentq; Latini hanc phrasim reddere his verbis, futurum est vt: μέλλω ποιεῖν futurum est vt faciã: μέλλω γράψαι, futurum est vt scribam: μέλλω τύψαι, futurũ est vt verberem. cuiusmodi planè eadem sunt cũ futuris, faciam, scribã, verberabo: sed vocum vsus est obseruãdus. nos rudium ducentes rationem, pro μέλλοι diximus, futurus sit. [21] Ὁ καὶ ἡ ἐνάργης, primæ declin. contractorum: τῆ καὶ τῆς ἐναργέως, τὸν καὶ τὴν ἐναργέα, crasi ἐναργῆ, id est, euidentem, manifestum, aut, vt BVDAEVS, cõspicuum: hîc capitur in genere

4 συνεχῶς.
5 καὶ νῦν μήν.
6 ἐπὶ τὰ πλάγια.
7 περιφερόμενον.
8 πρὸς τὰ ἄνω καὶ κάτω.

Aduerbia cum articulis.

9 πυκνά.

Adiectiua neutra aduerbiascunt.

116. 30.
10 μεταστρεφόμενον.
11 ἰδεῖν.
12 ἐναργῶς.
13 οὐκ.
14 οἷόντε.
15 χρή. 16 περισεσθῆναι.
17 τὴν ὄψιν.
18 ὁρωμένῳ.

Notio de participiis Græcorum & Latinorum.

19 εἰ.
20 μέλλοι.

Constructio & interpretatio verbi μέλλω.

21 ἐναργῆ.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

22 αὐτῆ

23 ποιεῖσθαι.

24 θέαν.

25 ὅτω. ὅτως.

26 ἀνθρώπου.

27 ὑπὸ

28 μυείων. 29 τῆς ὑπὸ σῆ, κατὰ τὸν κόσμον Φρυγιάδων

30 κατὰ τὸν κόσμον

31 Φρυγιάδων.

32 ἀπειλκόμενον.

33 ἀμήχανον.

34 ἐνατενίσαι.

Notio de aoristorum significatione & usu.

35 ἀληθείᾳ.

Denominativa in εια ab adiectiuis in ης, 128.45.

fœminino: eius substantiuum θέαν.[22] Αὐτὸς, ipse. III.6. neutrum αὐτὸ: genit. αὐτοῦ refertur ad ὡρωμένῳ datiuum neutrum. BVDAEVS habet pro αὐτοῦ ginitiuum, rei: quia ὡρωμένῳ, vertit, rem visam. [23] Infinitiuus à ποιέομαι, 80. 25. & in voce passiua capitur actiuè, ideóq; regit accusatiuũ à tergo τὴν θέαν, 286. 22. in παρεωμένῳ. [24] Hæ θέα, aspectus, visus: at ἡ θεὰ, dea: vtrunque sæcũ dæ declin. accusatiuus à θέα est τὴν θέαν. [25] Sic: ante consonantẽ οὕτω, ante vocalẽ ὅπως. [26] Nominatiuus ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος tertiæ declin. [27] Hæc præpositio cum genitiuo solet addi dictionibus passiuè significantibus, vt apud Latinos à vel ab: τύπτομαι ὑπὸ σοῦ, verberor abs te: sic hoc loco, ὑπὸ μυείων Φρυγιάδων σχολιαζόμενον.[28] Antè hoc explicatũ est, 284. 38. [29] BVDAEVS vertit, mundi curis. Quomodo autem explicari possit articulus ille τῆς iunctus præpositioni cum casu κατὰ τὸν κόσμον, ostensum est, 285. 15. in verbis ὑπὸ τῆς κατὰ τὸν πλοῦν ἀτειείας.[30] Κατὰ, in: præpositio cum accusatiuo κόσμον: nominatiuus ὁ κόσμος tertiæ declin, [31] Hæ Φρυγιάς, τῆς Φρυγιάδος, τῇ Φρυγιάδι. [32] Ἕλκω, traho ἀπείλκω, distraho: passiuum ἀπείλκομαι, particip. ὁ ἀπειλκόμενος, τὸν ἀπειλκόμενον, distractum: est tamen præsentis temporis. vide de hoc in voce ὁρμάω, 291. 40. [33] Μηχανὴ, conatus, machina: vnde per α priuatiuã particulam fit ἀμήχανον, difficile, quod nulla ratione vel arte fieri possit. [34] Ἀτενίζω, fixis oculis intueor: futur. ἀτενίσω, aoristus primus ἠτένισα, infinitiuus ἀτενίσαι, vt τύψαι: cõpositũ ἐνατενίσαι, ab indicatiuo præsenti ἐνατενίζω, quod datiuũ regit τῇ ἀληθείᾳ, ratione præpositionis ἐν: vide, 278. 16. in ὑπεφαινομένης αὐτοῖς. Nec mireris interpretem ἐνατενίσαι vertisse per infinitiuum præsentis tẽporis, cernere: vt & priùs ἐφεστερῆσθαι, incumbere, & ἰδεῖν, cernere. quãdoquidem aoristi variis tribuuntur temporibus, & latissimè patet eorum significatio & vsus. [35] Veritati: adiectiua in ης primæ declinationis contractorum, faciunt substantiua fœminina in εια: ἐνάργης, euidens, ἡ ἐνάργεια, euidentia: ἀληθὴς, verus, ἡ ἀλήθεια, veritas, τῆς ἀληθείας, τῇ ἀληθείᾳ per α diphthongum impropriam, & hoc differt à nominatiuo ἀληθεία.

Atque ei quidẽ qui nondũ coniugalibus vinculis astrictus est rabidæ cupidines, & impetus effrænes, amoréſque incessunt perditissimi.

Ἀλλ᾽ τ μὲν οὔπω τοῖς [1] δεσμοῖς τῦ [2] γάμου [3] συνεζευγμένον, [4] λυσσώδεις [5] ἐπιθυμίαι, καὶ [6] ὁρμαὶ [7] δυσκάθεκτοι, καὶ [8] ἔρωτές τινες [9] δυσέρωτες [10] ἐκταράττουσιν.

Sed quidem nondum [1] vinculis [2] nuptiarum [3] constrictum, [4] rabidæ [5] cupidines & [6] impetus [7] irretenti, & [8] amores quidam [9] perditi [10] perturbant.

1 δεσμοῖς.

2 γάμου.

3 συνεζευγμένον.

DATIVVS Pluralis: nominat. ὁ δεσμὸς tertiæ declinat. est verbale à δέω, ligo, 155.37. [2] Ὁ γάμος, nuptiæ, tertiæ declinat. est singulare, cùm nos vtamur plurali, nuptiæ. vide 278.9. in ἐπιφαινομένης. [3] Ζεύγνυμι tempora sumit à ζεύγω, vt scriptum est, 168,32. in verbo ἄγνυμι, futurũ igitur ζεύξω, præterit. act. ἔζευχα, pass. ἔζευγμαι, particip. ἐζευγμένος, & cõpositum συνεζευγμένος, accusat. τὸν συνεζευγμένον: verbum tamen scribitur συζεύγνυμι, non autem συνζεύγνυμι, vt συζάω non συνζάω, 210.28. Est autem συνεζευγμένος, coniugatus: pro quo BVDAEVS, constrictus.

4 λυσσώδεις.

Adiectiua in ώδης.

[4] Multa sunt adiectiua in ώδης communia primæ declinat. contractorum, ἀνὴρ, ἀνδρός, vir, viri, ἀνδρώδης,, virilis: ἰξὸς, viscũ, ἰξώδης, viscosus: sic λύσσα, rabies, λυσσώδης. rabidus, τῦ καὶ τῆς λυσσώδους: pluraliter οἱ καὶ αἱ λυσσώδεις, crasis λυσσώδεις.

5 ἐπιθυμίαι.

6 ὁρμαὶ.

[5] Nominatiuus pluralis: singularis ἡ ἐπιθυμία, concupiscentia, secundæ declin. [6] Hæ ὁρμὴ secũdæ declin. impetus, subitus animi affectus & motus, quo temerè huc vel illuc impellimur, cuiusmodi est in animantibus, dolentibus, aut alio affectu subitò raptis.

7 δυσκάθεκτοι.

κάθεκτος.

δυς & εὖ incompositione, 126.35.

[7] Retentu difficile: ἔχω, fut. ἕξω per aspirationem, quæ manet in præterito ἔσχα, pass. ἔσγμαι, ἔσξαι, ἔσχλαι: vnde ablato incremento, fit verbale ἐκτὸς: sic à composito κατέχω, id est retineo, verbale κάθεκτος, id est, cohibitus & retentus. & licet scribatur κατέχω, tamen per θ scribitur κάθεκτος: nam κατεχω fit à κατὰ & ἔχω: at κάθεκτος ab ἐκτὸς, quod habet aspirationem. A κάθεκτος fit δυσκάθεκτος retentu difficilis, & qui cohiberi non potest, id est, effrænis. Particula verò δυς in compositione significat difficultatem, impossibilitatem, malum & pernicioſum: cuius cõtrarium est εὖ. Cùm sit autem

ὁρμαὶ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ὄχμαι fœmininum, tamen dixit non δυσχάθεκλαν, sed δυσχάθεκτοι. Attici nanque adiectiua in ος communi genere solent vsurpare, 118.13. [8] Ἔρως, amor: τῦ ἔρωτος, plurale ἔρωτες quintæ declin. τινες enticlitũ à nominatiuo τὶς, remittit accentum. [9] Ab ἔρως fit adiectiuum δυσέρως, id est, perditè amans, aut minimè amandus: explica particulam δυς, vt loco quadrabit, ἔρωτες δυσέρωτες, amores perditissimi, aut amores infelices & pernicioſi. [10] Ταράσσω, turbo: ἐκταράσσω, conturbo, molestus sum. Præpositio ἐκ in compositis sæpè facit ad auxesim: ἐκκάμνειν supra modum defatigari: ἐξαθενεῖν, valde debilitari. ἐκλαράσσουσι tertia persona plur.

8 ἔρωτές τινες.

9 δυσέρωτες.

10 ἐκταράσσουσι.

ἐκ in compositione.

At [1] iam [2] occupatum [3] coniuge [4] alter tumultus curarũ [5] excipit: in [6] orbitate [7] proliũ [8] desideriũ, [9] vxoris [10] custodia, [11] domus ꝓcuratio, [12] ministrorũ [13] præfectura [14] in [15] cõtractibus [16] dãna, cũ [17] vicinis [18] digladiationes, in [19] foro [20] concertationes, [21] negotiationis [22] pericula, [23] agriculturæ [24] labores: [25] vnaquæque dies [26] propriam [27] venit [28] ferens [29] animi [30] caliginem. Et [31] noctes [32] diurnas [33] curas [34] excipientes, in [35] eisdẽ [36] phantasiis [27] fallunt mentem.

τὸν δὲ [1] ἤδη [2] κατειλημμένον [3] ὁμοζύγῳ [4] ἕτερος θόρυβος φροντίδων [5] ἐκδέχεται. ἐν [6] ἀπαιδία, [7] παίδων [8] ἐπιθυμία, γυναικὸς [10] φυλακὴ, [11] οἴκου ἐπιμέλεια, [12] οἰκετῶν [13] ἀρχία, [14] αἱ κατὰ [15] συμβόλαια [16] βλάβαι, οἱ [17] περὶ τὰς [17] γείτονας [18] ἀγωνισμοὶ, αἱ ἐν τοῖς [19] δικαστηρίοις [20] συμπλοκὴ, τῆς [21] ἐμπορίας οἱ [22] κίνδυνοι, αἱ τῆς [23] γεωργίας [24] ἀγωνίαι. [25] πᾶσα ἡμέρα [26] ἰδίαν [27] ἧκει [28] φέρουσα τῆς [29] ψυχῆς [30] ἐπισκότησιν. καὶ αἱ [31] νύκτες τὰς [32] μεθημερινὰς [33] φροντίδας [34] ἀναλαμβάνουσαι, ἐν [35] ταῖς αὐταῖς [36] φαντασίαις [37] ἐξαπατῶσι τὸν νοῦν.

Cõiugio autẽ mancipatũ curarũ agmen excipit: in orbitate, desiderium prolis, vxoris custodia, domestica procuratio, seruilium officiorum cõstitutio, damna ciuilibus in contractibus accepta, digladiationes cum vicinis, forenses concertationes, negotiationis alea, agriculturæ labores: vnaquaque dies suã adfert animo caliginem. Iam verò noctes diurnas curas excipiẽtes, per easdem rerũ speciei impostura mentẽ factitant.

IAM: Quanquam huiusmodi particulas, quas facilè commonstrauerit lexicon, non est necesse curiosiùs recensere, vt neque quoties sese offeret casus nominatiuus, aut præsens indicatiui primæ personæ. quandoquidem has Meditationes in hoc tantùm cõscripsimus, vt verborum themata, & casum nominatiuum, grammaticis innixi præceptis, reperiamus. [2] Λαμβάνω, tempora sumit à λήβω: futurum λήψω, præt. act. λέληφα, & Atticè εἴληφα. 145.13. passiuum εἴλημμαι, participium εἰλημμένος: sic à καταλαμβάνω καταλελημμένος, acculat. τὸν κατειλημμένον. [3] Ὁμόζυγος, coniunx. Multa deriuantur ab ὁμὸς, similis: ὁμόψηφος, eiusdem sententiæ & suffragij: ὁμόχρονος, coætaneus: ὁμόζυγος coniunx dicitur quòd eiusdem sit iugi, & pari cum marito iungatur copula, à ζυγὸς, id est, iugum: datiuus τῇ ὁμοζύγῳ, tertiæ declin. [4] Alter vel alius tumultus curarum: ἕτερος θόρυβος tertiæ declin. Φροντίδων à Φροντὶς. [5] Ἐκδέκομαι, excipio, à δέχομαι: tertia persona sing ἐκδέχεται, vt τύπτεται. [6] Παῖς, παιδὸς, puer, proles: ἄπαις, ἄπαιδος, orbus, sine liberis: vnde ἡ ἀπαιδία, orbitas secundæ declin. vt antè diximus à σωτὴς, σωτῆρος fieri ἡ σωτηρία, salus, 289.27. [7] Liberorum, prolium: à nominatiuo παῖς, παιδός. [8] Θυμὸς, animus: ἐπιθυμέω, concupisco, à prepositione ἐπὶ, in, quasi in animo gero: ἐπιθυμία, desyderium, auiditas, concupiscentia.

1 ἤδη.

ris structurã, occasionẽ facere[7] glorificationis quomodo varia[8] genera[9] ciborũ[10] proprietati corporũ congruẽtia, ab omnia[11] moderante[12] excogitata sunt.

κατασκευλὼ, ἀφορμλὼ ποιεῖσθαι[7] δοξολογίας, τῶς ποικίλα[8] εἴδι[9] τροφῶν τῇ[10] ἰδιότητι τῶς σωμάτων ἁρμόζοντα, τῶς τῷ πάντα[11] οἰκονομοῦντος[12] ὑπενόηται.

qualitati accommodata, ab eo sint inuenta, qui omnia aliti opificium argumentũ habeamus diuinas laudes exordiendi, vtique cùm in mẽtem nobis venit quomodo varia cibi genera corporũ moderatur & regit.

ΛΥ''ΣΣΑ, rabies:* ὀχὴ ἡ λυσσώδης, rabidus, τῦ χὴ τῆς λυσσώδεος, τὸν χὴ τλὼ λυσσώδεα, crasis λυσσώδη. [2] Γαστὴς, venter, μάργος, edax: γαστριμαργία, gulositas. [3] φαίνω, ἐμφαίνω, part. ἐμφαίνων [4] Ι''στημι, tertia persona præt. pass. est ἕστασι: * verbale στατός, à quo ὀχὴ ἡ εὐσταθὴς, τὸ εὐσταθές: migrat autem τ in θ, vt etiam fit in ἑαθὴς, 313. 53. ἑαθής. [5] Βρώσκω tempora sumit à βρώω: βρώσω: βέβρωκα, βέβρωμαι: * verbale τὸ βρῶμα, τῦ βρώματος. [6] Η' φύσις, τῆς φύσεος: * verbale à φύω. [7] Δόξα, gloria, λόγος, sermo: inde δοξολογία, laus: & verbum δοξολογέω, glorifico. [8] Τὸ εἶδος, τῦ εἴδεος, τὰ εἴδεα, crasis εἴδη. [9] Τροφὴ, genitiuus plur. τῶν τροφῶν. [10] Η' ἰδιότης, τῆς ἰδιότητος, τῇ ἰδιότητι, ab ἴδιος. [11] Οἶκος, domus, familia, νόμος, lex: hinc οἰκόνομος, qui rebus domesticis tanquam lex est, toti familiæ gubernãdæ præfectus:* & verbum οἰκονομέω, guberno, dispenso: part. ὁ οἰκονομέων, τῦ οἰκονομέοντος, crasis οἰκονομοῦντος, vt ποιέοντος ποιῦντος, à ποιέω. [12] Νοέω, νοήσω, νενόηκα, νενόημαι, νενόησαι, νενόηται: compositum ἐπινενόηται, ab ἐπινοέω.

1 λυσσώδη. * 293. 24. 2 γαστριμαργίαν 3 ἐμφαίνονται. 4 ἑστασθές. * 126. 11 5 βρωμαίων. * 126. 3. 6. Φύσιν. * 301. 4. 7. δοξολογίας 8 εἴδη. 9 τροφῶν. 10 ἰδιότηλι. 11 οἰκονομῦντος. * 90. 49. & 46 12 ἐπινενόηται.

Orationes ante cibũ [1] dignè [2] fiant Dei [3] donis, [4] quæque nũc dat, & quæ in [5] posterum [6] reposuit. Orationes post cibũ, [7] gratiarũ-actionẽ [8] datorũ habentes, & [9] flagitationẽ [10] promissorũ.

Εὐχαὶ τοὶ τροφῆς [1] ἀξίως [2] γενέσθωσαν τῶν τῦθεῦ [3] παροχῶν, [4] ὧντε νυῦν δίδωσι, χὰ ὧν τοὶς τὸ [5] μέλλων [6] ἐταμεύσατο. εὐχαὶ μεθὰ τροφλὼ, [7] εὐχαριστίαν τῶν [8] δεδομλύων ἔχουσαι, χὰ [9] αἴτησιν τῶν [10] ἐπιγελμλύων.

Porrò autem orationes antequam cibũ sumimus, pro dignitate diuinarum benignitatum ineundæ sunt, cùm earũ quæ in præsenti nobis diuinitus conferuntur, tum verò eagratiarum actionem pollicitus est. rum quæ in posterum eisdem reconditæ sunt. Iam à corporum curatione rursus orationes exequantur, iam acceptorum ergò, atque eò amplius eorum flagitationem, quæ Deus nobis

Α''ΞΙΟΣ, dignus,* genitiuo iungitur: sic & aduerbium, ἀξίως τῶν παροχῶν: quemadmodum ad Romanos cap. vlt. ἵνα αὐτλὼ προσδέξησθε ἐν κυρίῳ, ἀξίως τῶν ἁγίων, vt eam suscipiatis in Domino, dignè sanctis, id est, ita vt sanctos decet. ad eundem modum Latini: *Viuere naturæ si conuenienter oportet* [2] Γίνομαι, secund. aorist. med. ἐγενόμλω, 184. 3. Imperat. γεῦ, γενέσθω, plur. γενέσθωσαν. [3] Ε''χω, παρέχω, præbeo: ἡ παροχὴ, quicquid largimur & conferimus: vertitur ε in ο, vt dictum * priùs in πρέπω, τρόπος: genitiuus plur.: τῶν παρωχῶν. [4] Ω''ν relatiuum est antecedentis παροχῶν. Græci verò relatiuum ponunt in eodem casu cum antecedente, ἀξίως τῶν παροχῶν, ὧν δίδωσι, pro ἃς δίδωσι. 231. 17. [5] Futurum. siue venturum: est participium neutri generis præsentis temporis, à verbo μέλλω vnde Græcis futurũ tempus dicitur μέλλων. [6] Ταμεύω. fut. ταμεύσω aorist. prim. act. ἐταμέυσα, med. ἐταμευσάμλω, ἐταμεύσω, ἐταμεύσατο, id est, condidit & seposuit. [7] Χάρις, gratia, beneficicium: * χαρίζομαι, gratiam confero. finge vocem actiuam, χαρίζω, χαρίσω, κεχάρικα, κεχάρισμαι, κεχάρισαι, κεχάρισται:* verbale χαριστὸς: & addita particula εὐ fit εὐχάριστος: vnde εὐχαριστέω, gratias ago, & nomen εὐχαριστία, gratiarum actio. [8] Δίδωμι, præt. pass. δέδομαι, 100. 29. & 108. 22. vnde part. ὁ δεδομένος ἡ δεδομένη, τὸ δεδομένον. [9] Αἰτέω, αἰτήσω, ἤλκα, ἤλμαι, ἤλσαι: verbale ἡ αἴλησις, τῆσαὶ τήσεως, λὼ αἴτησιν. [10] Α'γγέλλω, fut. ἀγγελῶ, præt. act. ἤγγελμαι, pas. ἤγγελμαι, part. ἠγγελμένος: compositum ἐπαγγελμένος ab ἐπαγγέλλω.

1 ἀξίως. * 228. 21. 2 γενέσθωσαν. 3 παροχῶν. * 280. 46. 4 ὧνλε. 5 μέλλων. μέλλων. 6 ἐταμεύσατο. 7 εὐχαριστίαν * 90. 44. * 126. 11. 8 δεδομένων. 9 αἴτησιν. * 126. 6. 10 ἐπιγελμένων.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Denique cibi sumẽdi hora sit vnica & cõstituta, eadémque semper per ambitũ reuertẽs, vix hæc vt curando corpori destinata, vna sit quatuor & viginti, quã temporis intercapedinem complectitur quidem certè, qui

Ὡ'ρα μία σοφῆς [1] ἀποτεταγμένη, ἡ αὐτὴ κ[τ'] [2] περίοδον [3] ἀπαντῶσα, ὡς ἐν τ[ῇ] [4] εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν [5] ἡμερονυκτίῳ, μόλις εἶναι ταύτῃ [6] περισαναλισκομένῃ τῷ σώματι. τὰς δὲ λοιπὰς ἐν τῇ κ[τ'] νῷν ἐργασίᾳ [7] ἀπασχολεῖσθ[αι] [8] ἀσκητήν.

Hora vna cibi [1] cõstituta, eadẽ p [2] ambitũ [3] reuertẽs, ita vt ex [4] viginti quatuor horis [5] diei-&-noctis vix sit hæc [6] insumpta corpori: at reliquas in circa mẽtẽ opatione [7] occupetur [8] exercitator.

diei noctísque vicissitudo. reliquas autem horas mens commentando occupata sit hominis menti exercendæ in solitudine se addixerit.

1 ἀποτεταγμένη. 2 περίοδον. 3 ἀπαντῶσα. 4 εἰκοσιτεσσάρων. 5 ἡμερονυκτίῳ. 6 περισαναλισκομένῃ. 7 ἀπασχολεῖσθ[αι]. 8 ἀσκητήν. *126.11

ΤΑΣΣΩ, τάξω, τέταχα, τέταγμαι, part. τεταγμένος: compositum ἀποτεταγμένος, ab ἀποτάσσω. [2] Ab ὁδὸς multa fiunt, περίοδος, κάθοδος, ἔφοδος, μέθοδος & ita in cæteris præpositionibus. [3] Ἀντάω, part. ὁ ἀντάων, ἡ ἀντάουσα, crasis ἀντῶσα: compositum ἀπαντῶσα, ab ἀπαντάω. [4] De numeralibus, 12 0. 20. & 25. [5] Ἡμέρα, dies, ἡ νύξ, τῆς νυκτός, nox: inde τὸ ἡμερονύκτιον, tempus complectens diem & noctem. [6] Ἀλίσκω, ἀναλίσκω, περισαναλίσκω, περισαναλισκόμαι, part. περισαναλισκόμενος. [7] Σχολὴ, inde verbum ἀσχολέω, ἀσχολέομαι: compositum ἀπασχολέομαι, infinit. ἀπασχολέεσθ[αι], & per crasim ἀπασχολεῖσθ[αι], vt ποιεῖσθ[αι]. [8] Ἀσκέω, ἀσκήσω, ἤσκηκα, ἤσκημαι, ἤσκησαι, ἤσκηται: verbale ὁ ἀσκητής.

Somnî leues sunto, eiúsq; modi qui excuti facilè possint, ex naturæ vtique præscripto, ad victusq; rationem appositi. id verò interim accurandum studióque assequendum est, vt commentandis rebus arduis ipsi pascantur somni.

Τοὶ [1] μὲν γὰρ ὕπνοι δὲ κοῦφοι κ[αὶ] [1] εὐαπαλλάκτοι, [2] φυσικῶς ἀκολουθοῦντες τῷ [3] συμμέτρῳ τῆς [4] διαίτης, κατ' ὀπτήδευσιν δὲ τὰς περὶ τῶν μεγάλων μεριμνῶν [5] διακοπόμενοι.

Sõni verò leues & [1] facilè discedẽtes, [2] naturaliter sequẽtes [3] proportionem [4] diætæ, secundum studiũ autem de magnis curis [5] interrupti.

1 εὐαπάλακτος. 2 φυσικῶς. *116.13. 3 συμμέτρῳ. 4 διαίτης. 5 διακοπόμενος.

ΑΛΛΑΤΤΩ, ἀλλάξω, ἤλλαχα, ἤλλαγμαι, ἤλλαξαι, ἤλλακται: verbale ἀλλακτός: compositum ἀπάλλακτος, ab ἀπαλλάττομαι: deinde cum ω dicitur εὐαπάλακτος, id est, qui facilè discedit. [2] Ἡ φύσις, natura: φυσικὸς, naturalis: vnde aduerbium φυσικῶς * à genitiuo plur. verso ν in σ. [3] Μέτρον, inde ὁ σύμμετρος, neutrum σύμμετρον substantiuè, id est, συμμετρία, proportio. [4] Ἡ δίαιτα, τῆς διαίτης. [5] Κόπτω, διακόπτω, διακόπτομαι, participium, διακοπόμενος, qui interrumpitur. Exemplar Aldinum habet διαβοσκόμενοι à βόσκω, quod secutus est BVDAEVS, ipsi, inquiens, pascantur somni.

Nã altiore correptũ esse sopore, sicq; esse veterno dissoluta hominis contemplatoris membra, vt interim pateat aditus visis absurdis obrepentibus, id certè instar est quotidianæ mortis.

Τὸ γὰρ [1] βαθεῖ [2] κάρῳ [3] κατακρατεῖσθαι, λυομένων αὐτῷ τῶν [4] μελῶν, ὥστε χαλεπῶς [5] ἀτόποις [6] φαντασίαις παρέχειν, ἐν [7] καθημερινῷ θανάτῳ ποιεῖ τοὺς [8] οὕτω καθεύδοντας.

Nam [1] profundo [2] sopore [3] detineri, solutis ipsius [4] membris, ita vt otiũ [5] absurdis [6] visis præbeat, in [7] quotidiana morte facit [8] sic dormientes.

1 βαθεῖ. 2 κάρῳ. 3 κατακρατεῖσθαι. 4 μελῶν. 5 ἀτόποις. 6 φαντασίαις. 7 καθημερινῷ.

Ὁ βαθὺς, τοῦ βαθέος, τῷ βαθέι, crasis βαθεῖ: de cuiusmodi nominum cõtractione, 132 11. [2] Κάρος, somnolentia, grauis sopor. [3] Κρατέω, κρατέομαι, infinit. κρατέεσθαι, crasis κρατεῖσθαι: compositum κατακρατεῖσθαι. [4] Τὸ μέλος, τοῦ μέλεος, τῶν μελέων, crasis μελῶν. [5] Τόπος, hinc ἄτοπος, absurdus. [6] Vide 295. 5. in Φαντασίαις. [7] Ἡ μέρα, dies: καθ' ἡμέραν, quasi dicas, per diem, vt καθ' ἑκάστην ἡμέραν, per vnumquemque diem, per singulos dies: & quia dictum est καθ' ἡμέραν per apo-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

apostrophum etiam tãquam vnica dictio composita scribitur καθημέραν, id est, quotidie: vnde adiect. καθημερεινὸς, quotidianus, vt μεθημερινὸς, diutnus, 294. 51. in μεθημερινάς. [8] Οὕπως & οὔτω, idem,* sed hoc ante cõson. illud ante vocalem, οὕτως ἐποίησε.

8 οὕτω καθεύδοντας * 292. 6.

5 Sed quod aliis diluculum est, hoc cultoribus [1] pietatis [2] media nox, maximè otium animæ [3] nocturna quiete largiẽte, neque oculis, neque [4] auribus [5] noxios auditus aut aspectus in cor admittentibus, sed solum apud seipsam mẽre cum Deo [6] præsente, & [7] corrigente quidem seipsam [8] memoria [9] peccatorũ: fines verò sibi ipsi [10] statuente ad [11] declinationem mali, & à Deo [12] auxilium ad [13] perfectionem [14] studiorum [15] implorante.

Ἀλλ' ὅσῳ τοῖς ἄλλοις ὁ ὄρθρος βαθύ, τοσῷτῳ τοῖς ἀσκηταῖς τῆς [1] εὐσεβείας τὸ [2] μεσονύκτιον, μάλιστα σχόλιον τῇ ψυχῇ τῆς [3] νυκτερεινῆς ἡσυχίας χαιζομένης, ὅτε ὀφθαλμὸς, οὔτε [4] ὦτων [5] βλαβερὰς ἀκοὰς ἢ θέας ὄτι καρδίαν ἐπεμπόντων, ἀλλὰ μόνον καθ' ἑαυτὸν τῷ νῷ τῷ θεῷ [6] συνόντος, καὶ [7] διορθουμένου μὲν ἑαυτὸν τῇ [8] μνήμῃ τῶν [9] ἡμαρτημένων ὅρους δὲ ἑαυτῷ [10] τιθέντος πρὸς τὴν [11] ἔκκλισιν τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν παρὰ θεοῦ [12] συνεργίαν τὴν [13] τελείωσιν τῶν [14] σπουδαζομένων [15] ὑπὸ ζητουμένου.

diuinitus implorans ad ea adipiscenda, ad quæ magno studio incitata est.

ΣΕΒΩ, colo, veneror, σέβος, reuerentia & adoratio: inde adiectiuum ὁ καὶ ἡ εὐσεβὴς: à quo substantiuum ἡ εὐσέβεια, τῆς εὐσεβείας: contrarium ἀσεβὴς, ἀσέβεια: [2] Μέσος, medius, ἡ νὺξ, τῆς νυκτὸς, nox, noctis: vnde μεσονύκτιον, media nox, nox intempesta. [3] Ἡ νὺξ, τῆς νυκτὸς: à quo νυκτερὸς: vnde ὁ νυκτερεινὸς, ἡ νυκτερεινὴ, τῆς νυκτερεινῆς: quomodo autem adiectiuorũ fœminea se habeant & neutrum, scriptum, 118. 6. [4] Τὸ ὦς, τοῦ ὠτὸς, vt φῶς, φωτὸς, 30. 18. [5] Τὸ βλάβος, vel ἡ βλάβη, nocumentum: inde fit ὁ βλαβερὸς, nociuus, vt à φόβος, φοβερός. [6] Εἰμὶ. sum: partic. ὢν ὄντος, 158. 6. compositum σιωὼν, σιωόντος, à verbo σύνειμι. [7] * Ab ὀρθὸς fit verbum ὀρθόω:: compositum διόρθόω, διορθόομαι, crasis, διορθοῦμαι, partic. διορθούμενος. [8] Μνάομαι, reminiscor: finge vocem actiuam, μνάω, vel μνέω, fut. μνήσω: vnde ἡ μνήμη, vt ἡ γνώμη à futuro γνώσω, & ἡ ῥώμη à futuro ῥώσω, à ῥώννυμι: dativus τῇ μνήμῃ. [9] Ἁμαρτάνω, peccò tẽpora sumit ab ἁμαρτέω, fut. ἁμαρτήσω, pret. act. ἡμάρτηκα, pass. ἡμάρτημαι, part. ἡμαρτημένος, plurale neutrum τὰ ἡμαρτημένα, hoc est, peccata, quæ peccando admissa sunt, vt τὰ σεσωφρονημένα, quæ temperanter acta sunt. [10] Τίθημι, participium ὁ τιθεὶς, τοῦ τιθέντος, 96. 8. [11] Κλίνω, fut. κλινῶ, præt. act. κέκλικα, pass. κέκλιμαι, κέκλισαι: * vnde ἡ κλίσις, τῆς κλίσεως, τὴν κλίσιν: compositum ἐκκλίνω: inde ἔκκλισις. [12] Ἔργον, opus: συνεργὸς, adiutor, auxiliator, & collega in opere: ἡ συνεργεία, auxilium. [13] A τέλος fit ὁ τελὸς, perfectus: * inde verbum τελόω perficio, : τελώσω, τετελείωκα, τετελείωμαι, τετελείωσαι: verbale ἡ τελείωσις, τῆς τελώσεως, τὴν τελείωσιν, id est, perfectionẽ. [14] Τὰ σπουδάζομενα, quæ nobis curæ sunt, & in quæ magno studio incũbimus, à σπουδάζω. pro eo quod est, studioscè expeto. [15] Ζητέω, part. ὁ ζητέων, τοῦ ζητέοντος, crasis ζητοῦντος, compositum ὑπόζητος, à verbo ὑπόζητέω.

1 εὐσεβείας. 2 μεσονύκτιον. 3 νυκτερεινῆς. 4 ὦτων. 5 βλαβερὰς. 6 συνόντος. 7 διορθουμένου. * 302. 32. 8 μνήμῃ. 9 ἡμαρτημένων. 10 τιθέντος. 11 ἔκκλισιν. * 126. 6. 12 συνεργίαν. 13 τελείωσιν. * 302. 32. 14 σπουδαζομένων. 15 ὑπόζητοῦντος.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

HÆC habuit quæ de Grammaticis Meditationibus in medium adferrẽ, id potiſſimum ſpectans, ne iuuentus Græcarum literarum auida, diutiùs, quàm par eſſet, in primis linguæ rudimentis hæreret, ſed vno in opuſculo totum iſtarum minutiarum tędium deuoraret, grauioribus deinde diſciplinis & authorũ mancipanda lectionibus. Cùm enim futurum ſperarem, vt hoc ſtudium apud plurimos minore grauaretur inuidia, ſi compendio temporis mediocrẽ cognitionem attuliſſe videretur, nõ committendum putaui, vt in hac parte ſtudioſis adoleſcentibus deeſſem. Quod etiam eò feci libentiùs, eóque magis conãdum eſſe duxi, quòd nullus ferme hodie terrarum ſit angulus ſine Grȩcarum literarum fautoribus: ſed apud quoſuis hominum ordines, nõ pauci pro ſua quiſque vice, rem pulcherrimam & maximè frugiferam prouehant & exornẽt. quidam doctiſſimis ingenij ſui monumentis, alij extruẽdis Gymnaſiis, alij alendis linguarum profeſſoribus, nunquã intermorituram ſibi gloriam pepererũt. Quorum inſignem vnum, nullíque ſecundum noſtra hæc tulit ætas, IOANNEM TARTESIVM, quem felix & ſemper doctis fæcunda viris, in hac luce gaudens contemplatur Lutetia, omnium literarũ Mecœnatem, Præſidem collegij Lexouiẽſis. Is igitur vir linguarum patrocinium ita ſuſcipit, vt vnus verè ſit inſtar totius Galliæ: nuſquam diſcipulorum numerus maior, nuſquam tanta profeſſorum cohors, omnium Muſarum dotibus inſtructiſſima. Quem enim ille non vltrò aſciſcit, paſcit, & ornat, quem eruditionis nomen commendauit? Eſt vbi Latinè diſcas commodiùs, illic Græcè fortaſſe meliùs, ibi cõtrà Hebraicè: verùm hoc Lexouienſe collegium bonorum omnium eſt mare. Latinos, Græcos, Hebræos habet multos: quin & Chaldæos atque Arabicos propediem dabit, ſi modò párere liceat, quod diu parturiuit: adeò gladiatorio quodã animo Præſes ille in hanc laudem incumbit, quaſi in fatis eſſet, vt vnus linguarum ſtudiis promouendis præeſſet, dignus profectò qui Regum gazas, & opulentiſſimos theſauros poſſideat, tam excelſa & benefica natus voluntate, vt ſeipſum literarum ſaluti deuouiſſe videatur. Quapropter omnes linguarum candidatos decet, vt hunc virum colant & venerentur, pro meritis in cælum laudibus vehant, nomen celebrent, eíque ſucceſſus proſperos, & multorum ſeculorum annos precentur. Nã viuente TARTESIO, ſemper incolumes literæ durabunt, & nunquam cadere poterunt.

PETRI

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

PETRI ANTESI-
GNANI RAPISTAGNENSIS,
DE THEMATIS VERBORVM & participiorum inueſtigandi ratione libellus.

PRIMVM laborem in hoc velim impendat thematis inueſtigator, vt conſpecto aliquo vocabulo, ex illius ac totius clauſulæ interpretatione certò diſcernere queat verbúmne id, ſiue participium, an alterius ſit partis orationis. Deinde ſi illius quod verbum aut participium eſſe cõſtiterit, thema velit inquirere, ex ipſius tum terminatione, tum characteriſtica, tum etiam augmento (ſi fortè aliquod habuerit) perpendat, cum præſentíne, an cum futuro priori actiuo, an verò cum perfecto eiuſdem vocis (quæ tria tempora in verbis præcipuè ſunt ſpectanda) cognationẽ habeat, reliquis denique conſideratis accidẽtibus, facilè ſtatuet ad quot & quas coniugationes illud verbum referri poſſit. iam ergo eius terminationẽ in ω aut ομαι mutet: deinceps augmento, ſi quod adſit, ſyllabico quidem detracto, in temporali verò mutatis η, ῃ, ω, ῳ, ᾳ, ηυ, in eas vocales aut diphthongos è quibus ipſæ conflari potuerunt, perquirat in lexico themata quæ & idem habent cum huiuſmodi voce, quæ iam eſt omni augmẽto deſtituta, principiũ, & vel eandem characteriſticam, vel earum aliquam quas recipit præſens earum coniugationũ, quas hæc propoſiti vocabuli characteriſtica indicauerit: vt ψ & φ, quæ ſemper verbum primæ coniugationis eſſe oſtendũt: ξ & χ ſecũdæ vel quartæ: σ & κ tertiæ, vel quartæ, vel ſextæ, atque interdum quintæ, præcipuè ſi iungantur cum aliqua immutabilium λ, μ, ν, ϱ: ſic γ ſecundæ & quartæ, δ verò tertię & quartæ. Si plura themata inueniantur cum eodem principio, & cum ea characteriſtica, è qua deduci poſſit propoſitum vocabulum, illud ſeligendum eſt, quod ſententiæ & loco maximè videbitur quadrare. At ſi ne vnum quidem hac ratione inueniatur, aut eius quod fuerit inuẽtum ſignificatio ſenſui nullo modo queat conuenire, tum ſpectanda erit penultima, hoc eſt, ea vocalis, quæ ponitur ante characteriſticam, quæ tamen in iis ſextæ coniugationis temporibus, quæ cum præſenti cognationem habẽt, ab ipſa characteriſtica non differt: ac pro illa reponendæ ſunt identidem eæ vocales & diphthongi è quibus ipſa potuit cõſurgere. Si verò nec hoc pacto thema propriũ inueniatur, illud aut in lexico illo (vt ſæpe fit) deſiderari, aut dialectis poëticáve licentia inuerſum eſſe, aut circunflexum, aut è verbis in μι, aut denique anomalum cenſendum eſt. quę omnia quomodo etiam ſint excutiẽda, ſingulatim poſteà diſſeremus. Neque verò hîc nuda tantùm præ-

Quid in rimando themate ſit ſpectandum.

Cognatio temporũ, & vnde colligẽda.

Coniugationes ad quas referri poſſit thema quod inueſtigatur, & eiuſdem formatio.

Characteriſticarum γ, δ, κ, ξ, σ, φ, χ, ψ. conſideratio.

Eiuſdem vocabuli plura themata.

Penultima quando ſpectanda.

Themata inueſtigatu difficiliora.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Ab hoc libello quid expectandum.

cepta trademus, sed & eorum verborum nec non participiorum, quę legẽdis bonis authoribus, atque in ipsis etiam lexicis extra thema ita poni offendũtur, vt de illo rudiores possent ambigere, tot exempla in hunc locum cõgeremus, vt iis semel cognitis, in aliis posteà nullis, aut certè perpaucis dubitatio relinquatur vlla. Vt autem nostro labore tyrones accommodatiùs vterẽtur, singula fermè vocabula, nedum res pręcipuas, quę hîc & toto hoc opere excutiuntur, in indices huic operi pręfixos optimo, ni fallor, ordine cõtulimus. Sed antequam vlteriùs progrediamur, ea quæ hîc in genere proposuimus, familiaribus exemplis illustremus. si harum vocũ ἐπύθατο, πεπυθάμην, πεπυθέναι, ἐπύθθην thema inuestigetur, mutentur terminationes ατο, άμην, έναι, θην in ω vel ομαι, & abiiciatur augmẽtum ε vel πε, habebimus ex primis πύθω vel πύθομαι, è posterioribus πύθω vel πύθομαι: vbi characteristicę sunt θ & θ, quæ verbum primæ coniugationis barytonorum ostendunt. inuestigentur igitur in lexico ea themata quę incœpta ab eodem initio, nempe πυ, habeant aliquam è characteristicis pręsentis primę coniugationis. videlicet β, π, πθ, φ: & cùm hęc tantùm inueniantur πύπθω, πύπθομαι & πύφω, iudicio sanè vtendum, vt illud deligamus, cuius significatio loco congruat & sensui.

Exempla.

In quatuor prioribus penultima nullum faceßit negotium.

In quinto neque penultima neque augmentum.

Eodem modo in vocabulo ὀφθησόμην (cuius paulò diuersam thematis inuestigandi rationem demonstrat CLENARDVS 220.30.) cùm in eo nullum augmentum inesse conspiciatur, mutetur solùm terminatio θησόμην in ω vel ομαι, fiet ὄφω vel ὄφομαι: vbi φ, quæ verborum primæ coniugationis est index, innuit ea quoque themata inuestiganda, quæ incœpta ab ο, habeant pro characteristica β, vel π, vel πθ, vel φ: sed adhibitum lexicon demõstrabit tantùm ὄπθομαι: quanuis ad ὀφάω, vt posteà dicetur, potiùs referri debeat. Sic in participio ᾠκισμθήν, id est, *habitata*, versa terminatione μθήν in ω vel ομαι, & ᾠ initiale (quod augmenti causa ex οἰ fieri cõstat, cùm nullum thema ᾠ incipiat) in οἰ commutato, fiet οἰκίσω: vbi σ quatuor postremarum coniugationum figuratiuum, indicat ea themata inuestigãda quæ ab οἰκι inchoata vel pro σ habeant aliquam literam, quæ præsentis illarum coniugationũ sit characteristica, vel excluso σ, si verbum esset sextæ coniugationis, ι præcedens, quæ penultima aliâs appellatur, sit ipsa characteristica: sed inspectum lexicon, demonstrabit vnum οἰκίζω. In πφηνὼς, id est, *declaratus*, reiecto augmento πε, ac versa terminatione ὼς in ω vel ομαι, remanet φήνω vel φήνομαι: vbi ν, cùm solius quintæ coniugationis, & tantùm præsentis cũ præsentíve cognationem habentium temporum sit characteristicon, indicat φήνω vel φήνομαι pro themate debere inuestigari. sed cum neutrum inueniatur, inspiciẽda est penultima η, considerandúmque ex qua vocali aut diphthongo potuerit cõsurgere: quod fiet manifestum ex iis quæ de penultima tradidimus 24.19. nẽpe ex αι. quærantur igitur φαίνω & φαίνομαι. In λελάχωσι, id est, *sortiti fuerint* (de quo 203.36.) abiecto incremento λε, & terminatione ωσι versa in ω vel ομαι, fiet λάχω & λάχομαι: vbi χ characteristicon secundæ & quartæ coniugationis, designat ea themata debere inquiri quæ incipiant à λα, & quæ aliquam habeant pręsentium secundæ aut quartæ coniugationis characteristicam. ibi sese offerent λάζω, id est, *lasciuio nimia pabuli vbertate*: λάζομαι, id est, *conuerto, emendo, capio, teneo, mordeo*: & λάχω. id est, *resono, cano, clamo, do oraculum*: sed horum significatio à τῦ λελάχωσι significatione max imè dissentit: vnde colligitur illud ab horum aliquo non emanare. rursus si inspiciatur penultima α, constabit ex his quæ de penultima loco citato tradita sunt, eam ex alia vlla non posse descendere, nisi fuerit aoristi secũdi (vt re vera est) vel futuri posterioris: vbi ex his omnibus η, ω, αι, αω, aut ε potuit consurgere. sed tum characteristicon fuerit necessariò ipsum χ, quòd ex alia in aoristo aut futuro secundo deriuari non possit. thema igitur inquirendum iudicaretur λήχω, λώχω, λαήχω, λαώχω, λέχω, aut λήχομαι, λώχομαι, λαίχομαι, λαύχομαι, λέχομαι: ex quibus inuenietur λέχομαι, *cubo*: λέχω. *facio dormire*: & λήχω, *desino*, sed horum rursus significatio cum ea quam habet λελάχωσι minimè conuenit. nondum igitur quiescendum: sed videndum num λαχέω ῶ, aut λαχάω ῶ, circunfle-

In septimo, quòd sit anomalum, præter exactam terminationis, characteristicæ, penultimæ, & augmenti cõsyderationem significationis quoque ac principalis literæ est habenda ratio, vt verum & receptum thema inueniatur.

In sexto & penultima & augmentum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cunflexa,è quibus etiam deduci posset,inueniãtur:& denique num λε,quod augmentum censebatur,sit ex themate : sed neque hac via verum thema inuenietur : neque etiam à verbis in μι, cum quibus ne in terminatione quidem vllam habet affinitatem,formari posse deprehendetur.dialectis præterea aut licentia poëtica nihil hîc comperietur inuersum,nisi quòd aoristo secundo perfecti augmentum fuerit concessum.videndũ igitur num inter verba anomala,præsertim à λ inchoata inueniatur aliquod,cuius & significatio vocabulo præsenti conueniat,& quod tempora capiat ab eorum thematum aliquo quæ in lexico non potuerunt inueniri. ibi sese offeret λαγχάνω,id est, *sortior*, quod à λήχω, vnde λελάχωσι deriuari potest, tempora mutuatur : significatio quoque est eadem. λαγχάνω igitur thema natiuum censebitur. At in οἰδήσομαι, id est, *ferar* (de quo 217.37.) versa terminatione δήσωμαι in ω aut ομαι, perquisitísque & in lexico thematibus quæ ab οι incœpta aliquam habeant characteristicam præsentis illarum quatuor vltimarum coniugationum quas σ denotat, & inter anomala iis quæ ab eodem οι inchoata,tempora sumant ab eorum vno,quæ in lexico inuestigari potuerunt,nihil certi poterit colligi. nam proprium thema est φέρω, quod tempora quædam accipit ab οἴω. cùm igitur ne vnum quidem elementum sit in οἰδήσομαι, quod nouitios proprij thematis φέρω admoneat,me rem gratam illis facturum putaui, si in eorum gratiam,hîc veluti in tabella quadam ordine alphabetico recenserem ea themata exoleta è quibus ea quæ recepta sunt, quædam tempora mutuantur,illorum vnicuique ex aduerso thema vsitatum collocando : vt si ex literis alicuius vocabuli cuius thema vsitatum indagatur, in illius cognitionem venire nequeant,in promptu saltem obsoleta habeant, è quibus, vbi probè quod in quæstione versatur se deducere posse conspexerint, ad thema receptum isti obsoleto è regione positum confugiant:cuius inspecta significatione,si loco proposito congruere cernatur, huiusmodi thema proprium & natiuum esse non dubitent affirmare. Sed quia obsoleta themata cum receptis analogiam quandam ferè cernuntur obseruare, non abs re fuerit, eas leges quibus plura eiusdem generis astringuntur , priùs enumerare. atque vt illi qui in ea re nondum satis versati sunt,facilius agnoscãt ad quas referre debeant ea quæ ex huiusmodi anomalis illarum aliqua continentur,variis arithmeticis notis vsi sumus, easdem vnicuique generi & illis obsoletis quæ sub idem genus cadere possunt præfigentes. In his igitur vocabulis,quorum thema, quanuis in eo rimando communis verborum regularium analogia exactè seruata sit,in lexicis non potest inueniri: quærantur & cum *reduplicatione & sine reduplicatione finita in

1	νμι	pro έω vel ῶ, aut ήω.	19	υμι	pro ύω.	33	ζω
2	άνω		20	ύνω		34	σσω siue πτω
3	έζω		21	έω	pro νμι	35	άζω pro άγ̃ω.
4	εννύω		22	άω		36	ίνω pro ίω
5	έσχω		23	άνω		37	πίω pro βω.
6	ήσχω		24	εννύω vel ἔννυμι		38	πίω pro φω.
7	ἰσχω					39	πίω pro ϖω.
8	ω barytonum		25	όω	pro ωμι.	40	ίπίω pro έπω.
9	νμι		26	έω vel ῶ pro ω barytono.		41	κνύω seu κνυμι pro κφ.
10	άζω		27	έω vel ῶ pro εἰω.		42	κτω
11	άνω	pro άω vel ῶ, aut ήω	28	έω	pro εύω		
12	αννύω		29	αίω	pro αύω.	43	ἰκτω pro ἔχω.
13	άσχω		30	γνύω siue γνυμι		44	λλω pro λω.
14	ήσχω					45	μνω pro μφ.
15	ωμι	pro όω vel ῶ, autώω	31	σσω siue πτω	pro γω.	46	έω pro ήω.
16	ώζω					47	άω
17	εννύω		32	ζω		48	όω pro όω
18	ώσχω						

In octauo nihil præter significationem apparet, quod nos recepti thematis admoneat.

Methodus ex obsoletis ad recepta themata perueniendi.

* Maximè pro έω, άω, aut όω. de reduplicatione vide 93. 5. & 103. 32

In deponẽtibus & aliis quæ solùm per vocem passiuam aut mediam inflectuntur, idem iudicandum de themate finito in ομαι, quod de iis quæ hoc loco sub terminatione ω proponũtur. item de εμαι aut αμαι, quod de νμι. atque etiam de ομαι, quod de ωμι.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

49 Præterea pro thematibus quæ quis deriuata ſuſpicabitur vel à futuro primo actiuo, vel à præterito medio, vel ab aoriſto ſecũdo, ſi ea in lexicis ſuo loco non inueniantur, inquirat primitiua, è quibus deſcendere iudicabit hæc tempora, quæ ex ſe alia themata, & hæc rurſus alia tempora produxerunt. De his quæ à futuro formantur exempla quædam habes 167.27. & 168.9. & 184.16. de iis quæ à præterito medio vide 194.43. & 195.10.

Tabulæ ſequentis vſus, & quid in ea arithmeticæ notæ deſignent.

RELIQVVM Eſt vt ordine alphabetico recenſeamus themata, quæ licèt omnino vel maxima ex parte ſint inuſitata, ab illis tamen, vulgari communium præceptorũ grammatices ſeruata analogia, infinita pene atq; vſitatiſſima formantur tempora: ea verò quę horũ loco in lexicis ſint inquirẽda, vnicuiq; è regione collocemus. Cæterùm notæ arithmeticæ obſoletis præfixæ indicant hæc ſingularia ſub eo genere, quod in præcedẽti tabula eaſdem notas habuerit, poſſe comprehendi: atque eandem rationem habendam eſſe de ſimilibus, quamuis in hoc catalogo non enumerentur. Eorũ autẽ numerorũ qui thematibus receptis præponuntur, patebit vſus in ſequentibus. quoties enim in medium producẽtur anomala tempora quæ ad huiuſmodi themata, vel ad ea quæ ex his componuntur, ſint referenda, illa paribus & iiſdem numeris quibus & iſta inſigniemus. At ij numeri qui thematibus his receptis poſtponũtur, deſignant Inſtitutionum grammaticarum paginam & paginæ verſum, vbi de iſtiuſmodi vocabulo eſt quippiam tale præceptum.

Parum vſitata.		*Recepta.*	
	Ἀγαίζω	1 Ἄγω	167.24
	ἀγαίζω	2 ἄγαμαι	180.39
30	ἄγω	3 ἄγνυμι	168.26.32
	ἀδέω	4 ἀμβάνω	170.7.15
21	αἴνημι	5 αἰνέω	196.21
21	αἴρημι	6 αἰρέω	196.21
2	αἰσθέομαι	7 αἰσθάνομαι & 15	170.12
8	ἀλεξέω	8 ἀλέξω	149.35
	ἁλόω	9 ἁλίσκομαι	171.12
	ἅλωμι	10 ἁλίσκομαι	*ibid.*
2	ἁμαρτέω	11 ἁμαρτάνω	170.16
4	ἀμφιέω	12 ἀμφιέννυμι ſeu ἀμφίεμαι	172.10
	ἀνανέω	13 ἀναίνομαι	181.21
	ἀνέχομαι	14 ἀνέχω	200.20
49	ἄξω	15 ἄγω	167.27
7	ἀπαφέω	16 ἀπαφίσκω,	*decipio*
	ἀπαύρω	17 ἀπαωρέω	182.21
	ἀπολέω	18 ἀπολλύω vel ἀπόλλυμι	176.4
	ἀπόλλω	19 ἀπολλύω vel ἀπόλυμι	*ibidem*
	ἀποχρέω	20 ἀπόχρη	180.14
	ἀρέρω	21 αἴρω	182.9
5	ἀρέω	22 ἀρέσκω	176.11
49	ἀρήρομαι	23 ἄρω	195.11
2	αὐξέω	24 αὐξάνω	170.17
8	ἀχθέομαι	25 ἄχθομαι	178 35
		B	
28	Βάφω	26 Βάπτω	154.2
	Βάω	27 βαίνω	182.25
	Βείω	28 βίωμι	183.46
	Βῆμι	29 βαίνω	182.25
49	Βήσομαι	30 βαίνω	168.9

Parum vſitata.		*Recepta.*	
25	Εἶμι	31 βιόω	183.37
37	Βλάβω	32 βλάπτω	153.37
2	Βλαστέω	33 βλαστάνω	170.17
	βλέω	34 βάλλω	183.9
8	βυλέομαι	35 βύλομαι & 178.35	149.38
	βρίθημι	36 βείθω	200.19
18	βρώω	37 βρώσκω ſeu βιβρώσκω & 177.21	176.12. 30
		Γ	
26	Γάμφω	38 Γαμέω & 184.13	179.56
	γείνομαι	39 γίνομαι vel γίγνομαι 184.22	35
	γείνω	40 γίνομαι vel γίγνομαι *ibidem*	
	γενάομαι	41 γίνομαι vel γίγνομαι *ibidem*	
	γενάω	42 γίνομαι vel γίγνομαι *ibidem*	40
13	γρεφω	43 γρεφόσκω	176.13
18	γνόω	44 γιγνώσκω	184.32
	γνῶμι	45 γιγνώσκω	*ibid.* 45
		Δ	
	Δαέω	46 Δαίω ſeu δατέω	193. 15
	δαΐζω	47 δαίω ſeu δατέω	*ibid.*
	δάημι	48 δαίω ſeu δατέω	*ibid.* 50
2	δαρθέω	49 δαρθάνω	171.10
	δεδίττομαι	50 δείδω	187.11
8	δεέομαι	51 δέομαι	186.7
	δεέω	52 δεῖ ſeu δέῃ	186.9
	δειδίττομαι	53 δείδω	187.11 55
41	δείκω	54 δείκνυμι vel δε-	

Parum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

	Parum vsitata		Recepta.	
			χνύω	186.1
	δεύομαι vel δευέομαι	55	δέομαι	187.3
5	δέω	56	δεῖ	186.9
	δήχω	57	δάκνω	185.51
46	δίω	58	δέω	183.47
	διδύχω	59	διδύσχω	192.34
13	διδράω	60	διδράσχω	192.36
10	δίδρημι	61	διδράσχω	*ibidem*
	δίω	62	δείδω	187.11
49	δοάσομαι	63	δοιάζω vel δοάζω 168.11	
26	δόχω	64	δοκέω 179.28 & 199.12	
15				
15	δόω	65	δίδωμι	99.22
	δραμέω	66	τρέχω	215.10
13	δράω	67	διδράσχω	193.4
	δρέμω	68	τρέχω	215.10
20	δρῆμι	69	διδράσχω	192.36
49	δύσω	70	δύω	167.27
			E	
49	ἐγρηγορέω ὦ	71	γρηγορέω	195.2
8	ἐθελέω	72	ἐθέλω	199.1
25 8	εἰδέω	73	εἶδω (193.41) *seu potiùs* ὁράω	
	εἴδημι	74	εἶδω *seu* ὁράω.	
	εἶδω vel ἴδω	75	ὁράω *video.*	
	εἶπω vel ἔπω		ἀγορεύω, *dico, loquor, nuntio, orationem habeo.*	
30	76			
	εἴρω	77	ἀγορεύω	181.3
	ἐλάω	78	ἐλαύνω	198.5
	ἐλεύθω			
35	*seu* ἔλθω	79	ἔρχομαι	198.26
	ἕλομαι	80	αἱρέομαι	181.41
	ἕλω	81	αἱρέω	181.26
	ἐνέγκω	82	φέρω	217.13
	ἐνείκω	83	φέρω	217 39
40	ἐνέκω	84	φέρω	217.13
	ἕπτάω	85	ἕπταμαι	164.5
	ἔργω	86	ῥέζω, *facio.*	
8	ἐρέομαι	87	ἔρομαι	195.5
	ἐρέω	88	ἀγορεύω	181.3
45 49	ἐρρίγω	89	ῥιγέω ὦ	195.23
	ἔστημι	90	ἵστημι	162.18
7	εὑρέω	91	εὑρίσκω	165.8
	εὕρημι	92	εὑρίσκω	196.22
2	ἔχθέομαι	93	ἐχθάνομαι	17.12
50	ἔχω	94	ἕξω 149.22. 196.14	
8	ἕψέω	95	ἕψω	180.8
	ἕω	96	ἐμέ	127.11
	ἕω	97	ἐμέ	128.47
4	ἕω	98	ἐννύω vel ἔννυμι.	
55 1	ἕω	99	ἵημι aut ἧμαι 160. II. & 163.1	

	Parum vsitata.		Recepta.	
			Z	
30	ζεύγω	100	ζεύγνυμι *seu* ζευγνύω	168.33
17	ζώω	101	ζωννύω	172.13
			Θ	
	Θείνω	102	Θήσχω	199.18
8	θελέω	103	θέλω	187.35.199.1
28	θεύω	104	θέω	150.32
1	θέω	105	τίθημι	95.22
14	θράω	106	θήσχω	199.18
6	θρέω			
26	θόρω	107	θορέω, *salio.*	
	θοάω	108	θοόω	200.38
	θρέφω	109	τρέφω	149 26
	θρέχω	110	τρέχω	149.26
			I	
	ἰέω	111	ἵημι	159.22
1	ἵημι	112	εἶμι	158.22
	ἵκομαι	113	ἱκνέομαι *seu* ἱκνῦμαι 200.42	
13	ἱλάομαι	114	ἱλάσχομαι	176.13
	ἴχω	115	ἔχω	196.10
			K	
37	Καλύβω	116	Καλύπτω	153.37
2	καταδαρθέω 117		καταδαρθάνω 170. 18	
29	καίω	118	κάω vel κάω	150.3
	κείω	119	κεῖμαι	163.21
49	κεκεράγω	120	κεράζω	194.41
8	κελέω	121	κέλω, *iubeo.*	
12	κεράω	122	κερανύω *seu* κεράνυμι	172.14
	κέω	123	κεῖμαι	163 21
2	κιχέω	124	κιχάνω	170.26
27	κιχρείω	125	κιχρέω ὦ	184.19
35	κλάγγω	126	κλάζω	203.14
29	κλαύω	127	κλαίω vel κλάω 150.3.34	
	κλέω	128	καλέω	202.47
	κλήγω	129	κλάζω	203.14
	κληρόομαι	130	λαγχάνω	203.37
4	κορέω	131	κορεννύω *seu* κορέννυμι	172.14
	κραιαίνω	132	κραίνω	203.22
27	κραιλέω	133	κρατέω ὦ	184.19
37	κρύβω	134	κρύπτω	153.38
			Λ	
	Λάμβω	135	Λαμβάνω, *sumo, capio.*	
	λέγχω	136	λαγχάνω	203.40
49	λέξομαι	137	λέγω	168.13
	λήβω	138	λαμβάνω	203.27
	λύβω	139	ἁλίσκομαι	172.17
	λήθω	140	λανθάνω	203.27
	λήχω	141	λαγχάνω	203.40

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

	Parum vsitata		Recepta.	
	λογχέω	142	λαγχάνω	203.40
			M	
8	Μαχέομαι	143	μάχομαι	178.36
	μεθύομαι.	144	μεθύσκομαι	178.15
8	μελέομαι	145	μέλομαι	178.36
8	μελέω	146	μέλω	149.34 & 154.10
8	μενέω	147	μένω vel μίμνω	144.7 et 152.4 et 188.37
30	μίγω	148	μίγνυμι seu μιγνύω	
14 6	μνάω μνέω	149	μιμνήσκω	177.54
30	μόργω	150	μόργνυμι seu μορ-γνύω	168.33
			N	
28	Νεύω	151	Νέω	150.32
			O	
2	Οἰδέω	152	Οἰδάνομαι	170.26
8	οἴομαι	153	οἶμαι seu οἰόμαι	178.37. & 204.26
49	οἴσω et οἴω	154	Φέρω (167.28) & 217.13	
8	οἰχέομαι	155	οἴχομαι	178.37
	ὄλλω	156	ὀλλύω seu ὄλλυμι.	205.42
30	ὀμόργω	157	ὀμόργνυμι	169.48
	ὀμόω	158	ὄμνυμι vel ὀμνύω	204.37
	ὄπωμαι	159	ὁράω, video.	
30	ὀρέγω	160	ὀρέγνυμι seu ὀρεγνύω	169.51
49	ὄρσω	161	ὄρω	167.28
8	ὀφλέω	162	ὀφείλω	178.38. & 205.1
8	ὀφλέω	163	ὄφλω seu ὀφείλω	ibidem
			Π	
	Πείθομαι	164	Πάχω	205.49
49	πεπιθέω	165	πείθω	195.41
49	πεποιθέω	166	πείθω	194.42.45
49	πεποίθω	167	πείθω	195.45
	πέπλω	168	πέτω	208.26
	πεσέω	169	πίπτω	206.7
12	πιπάω	170	πεπωνύω	172.14
	πέπω	171	πίπτω	206.7
	πεύθομαι	172	πυνθάνομαι	206.22
49	πεφύχω	173	φύω	219.1
30	πίγω	174	πήγνυμι seu πιγνύω	168.33
	πίθω	175	πάχω	205.49
36	πίω	176	πίνω	216.14. & 217.25
35	πλάγγω	177	πλάζω, erro.	
28	πλεύω	178	πλέω	150.2
28	πνεύω	179	πνέω	150.2

	Parum vsitata.		Recepta.	
	πονέω	180	πάχω	205.40
	πόω	181	πίνω	206.15
13	πρέω	182	πιπρέσκω	216.6
14	πρέω	183	πιπρήσκω	ibidem
22	πτάω	184	ἵπταμαι	200.46
21	πτέω	185	ἵπταμαι	ibidem
	πτῆμι vel ἱπτῆμι	186	ἵπταμαι.	200.46
			P	
40	Ῥέπω	187	Ῥίπτω	154.9
28	ῥεύω	188	ῥέω	208.29
	ῥέω ῥῶ	189	ἀγορεύω	181.3
30	ῥήγω	190	ῥηγνύω seu ῥήγνυμι	168.31 & 209.1.
1	ῥῆμι	191	ῥέω	196.22. seu potius ἀγορεύω, dico.
17	ῥόω vel ῥώω	192	ῥωννύω seu ῥώννυμι	172.15. & 209.6
	ῥυέω	193	ῥέω	208.29
	ῥύημι	194	ῥέω	ibidem
	ῥύομαι	195	ῥύσκομαι	178.16
			Σ	
	Σαώζω	196	Σώζω	214.47
4	σβέω	197	σβεννύω seu σβέννυμι	210.5
24	σβῆμι	198	σβεννύω seu σβέννυμι	ibidem
38	σκάφω	199	σκάπτω	154.2
	σκλάω	200	σκέλλω	183.10
	σκλῆμι	201	σκέκλω seu σκάλλω	
	σμύχω	202	σμύχω	153.3
	σόω	203	σόω	214.46
	σπείδω	204	σπένδω	210.12
	στῆμι	205	ἵστω (107.21. & 196.13.) vel ἕπομαι, sequor, aut ἀγορεύω, dico.	
9	Στάω	206	ἵστημι	97.28
4	Στορέω	207	Στορεννύω	172.15
17	Στρώω στρόω	208	Στρώννυμι	172.15
	σύω	209	σεύω	210.9
	χέω	210	ἔχω	196.10
	χῆμι	211	ἔχω	ibidem
16	σώω	212	σώζω	317.36
			T	
38	Τάφω	213	Θάπτω	198.45
	τέθνημι	214	θνήσκω	199.18
43	τέχω	215	τίκτω	215.3
27	τελείω	216	τελέω ῶ	184.20
26	τέλω	217	τελέω ῶ	154.10
49	τέρσομαι	218	τείρω	168.14
	τεύχω	219	τυγχάνω	215.16
49	τηλεθάω	220	θάλλω	195.19
36	τίω	221	τίνω	218.43 τμέω

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Parum vsitata.		Recepta.	
τμέω	222	τέμνω	215.1
τμήγω.	223	τέμνω	215.1
18 τρώω	224	πτρώσχω	215.7
5 τυχέω	225	τυγχάνω	215.18
τύχω	226	τυγχάνω	215.16
Υ			
Υποχέομαι	227.	Υποχνοῦμαι	216. 49
10 ὑφίταμαι	228	ὑποχνῦμαι	*ibid.*
Φ			
Φέρημι	229	Φέρω	200.18
φήγω	230	τραύγω	215.13
11 φτάω	231	φτάνω	217.23.25
15 23 φθῆμι	232	φτάνω	217.24
36 φθίω	233	φτίνω	217.25
φεῆμι	234	φέρω	217.13
φρῶ	235	φέρω	*ibidem*
φύγω	236	φεύγω	180.21

Parum vsitata.		Recepta.	
19 φῆμι	237	φύω	217.27
30 φώγω	238	φωγνύω, *cremo.*	
Χ			
Χαίνω	239	Χάσχω	219.9
8 χαρέω	240	χαίρω	219.7
28 χύω	241	χέω	150.2. & 219.11
χρῆμι.	242	χρή.	219.13
17 χρώω vel χρόω	243	χρώννυμι *siue* χρωννύω	175. 47. *vel* χρώζω 317.36
χῶμι	244	χέω	219.28
χύω	245	χέω	*ibid.*
17 χώω vel χόω 246		χωννύω *seu* χώννυμι 172.16	
Ψ			
Ψύγω	247	ψύχω	155.4
Ω			
26 Ω'θω	248.	Ω'θέω	219.43

20 HAEC igitur themata & quædam alia regulis illis generalibus priùs positis comprehensa, quæ etiamsi ne à poëtis quidem vix recipiantur ab illis tamen multa deriuantur vsitatissima tempora, atque infinita penè ex his rursus composita: quæ omnia ad themata recepta è regione obsoletorũ horum collocata, vel ad ea quæ ex iis cum eisdem præpositionibus aut aliis 25 partibus orationis componuntur, referridebent. Cæterum lexicographi pleríque omnes, iíque potissimùm qui hodie copiosiores & omnia pulchriùs ac rectiori ordine digessisse videri volunt, non solùm recepti, sed etiam obsoletis thematibus, imò & obuiis quibusuis ferè verborum personis cuiuscunque numeri & temporis fuerint (nulla sæpe illorum etymoligiæ, pro qua 30 assequenda huiusmodi libros componi satis constat, habita ratione) ita paginas omnes referciunt, seu potiùs confundunt, vt quanuis omnia quæ ex eis petere est æquum, ordine alphabetico dispositaiueniantur: in multis tamen vix, ac ne vix quidem, ad certam germanorum ac receptorum thematum cognitionem ij possint peruenire, qui ad eam rem percipiendam iustis 35 sanè de causis omni studio ac maximis laboribus contendunt. Inflammato horum & laudando desiderio nos plenè cumulatéque satisfacturos speramus in eo lexico, quod propediem, modò cœptis faueat Deus optimus maximus, in lucem edituri sumus, sed & interea dum illud paramus, hoc libello quo pacto lexica illa, quæ iam illis præ manibus sunt, promptiùs & expedi- 40 tiùs maioríque cum fructu hac in re ad suos vsus debeant cõuertere doceamus. Quanuis igitur per verbi thema, quod in lexicis debuerat collocari, grammatici propriè intelligant primam personam præsentis indicatiui desinentem in barytonis quidem vocis actiuæ in ω quod nullo notetur accentu, & passiuæ in ομαι: in circunflexis verò vocis actiuæ in ῶ circunflexum, 45 & passiuæ primæ & tertiæ coniugationis ῦμαι, & in ῶμαι secundæ: atque in verbis non anomalis finitis in μι primæ & secundæ coniugationis desinẽtem in νμι, tertiæ in ωμι, quartæ in υμι: & vocis passiuæ in εμαι primæ, in αμαι secundæ, in ομαι tertiæ, in υμαι quartæ: & quanuis hæ solæ terminationes pro thematibus essent in lexicis inuestigandæ: videas tamen in plerisque 50 hæc sub aliis terminationibus assignari: ad quas interdum, si in primariis germana themata non inueniantur, erit confugiendum. Id autem fit præcipuè sub terminationibus præsentis infinitiui eiusdem vocis: quę in barytonis sunt ειν pro ω, & εσθαι pro ομαι: in circunflexis ᾶν, ᾷν siue ᾶν, & ῦν pro ῶ, ᾶσθαι & οῦσθαι pro ῦμαι, ᾶσθαι pro ῶμαι: in verbis in μι regularibus ἐναι & 55 ἄναι pro νμι, ὀναι pro ωμι, ὐναι pro υμι, & in voce passiua σθαι pro μαι. horum

Obsoletorum thematum vsus.

Lexica copiosiora quid præter recepta themata in verbis & participiis contineant.

Vocabulorum etymologia in lexicis tractanda.

Verbi thema quid, & quot eius terminationes.

In barytonis.
ω ομαι.

In circunflexis.
ω ῦμαι. ῶμαι.

In verbis in μι
νμι εμαι. αμαι.
ωμι ομαι.
υμι υμαι.

Infinitiuorũ præsentia pro thematibus posita, & eorũ terminationes.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

exemplis, quòd nullibi non sint obuia, supersedendum duximus, in quibus modò mutetur terminatio infinitiui in terminationem præsentis indicatiui eiusdem vocis, semper habebimus verum ac germanum thema. sed & plerunque in circunflexis, & nonnunquã in verbis in μι, meliùs exprimitur cõiugatio per infinitiui, quàm per indicatiui terminationẽ. nam actiua circunflexorum in infinitiuo pro numero trium coniugationum tres habẽt distinctas terminationes, ῆναι pro prima, ᾶναι vel ᾶν pro secunda, & ῦναι pro tertia, cùm præsens indicatiui vnicam tantùm pro omnibus habeat, videlicet ῶ: passiua quoque eorundem in infinitiuo primæ habent: ᾶσθαι, secundæ οῦσθαι, cùm in vtriusque indicatiuo sit οῦμαι. sic & verborum in μι actiuum infinitiui præsens in prima est άναι, in secunda ύναι, cùm in vtriusque indicatiuo sit νμι. tertia quoque verborum in μι in voce passiua (licet occurrat rarissimè) meliùs per infinitiui οσθαι quàm per indicatiui terminationem ομαι, quam cum barytonis communem habet, dignosceretur. Tamen in circunflexorũ actiua voce, pro terminatione ῶ omnibus cõiugationibus communi sæpenumero discretionis gratia ponitur thema finitum in έω pro prima, in άω pro secunda, in όω pro tertia: & in voce passiua έομαι pro οῦμαι primæ, & όμαι pro οῦμαι tertiæ: sic & άομαι pro ῶμαι secundæ. Ponunt præterea à lexicographi aoristũ primum infinitiui desinentem in α cum characteristica futuri primi pro themate vocis actiuæ in ω vel μι: in θλιῶμαι pro ομαι vel μαι vocis passiuæ: atque in αοσθαι pro ομαι vel μαι vocis mediæ, veluti planum fiet, quum de variis aoristi primi formis immensam exemplorum syluam adducemus. Solent rursus, & maximè in iis, quæ veluti impersonalia sunt, tertiam personam singularem, & interdum pluralem præsentis indicatiui, vel etiam alterius cuiusvis temporis & modi pro themate collocare: ac denique infinitum ferè numerum earum vocum seu personarum, quarum thema vel erat incertum, vt sæpe fit, vel inuestigatu difficile. Hæc nos vocabula & pleraque alia his similia ita in puerorum gratiam paramus hoc opusculo tractare, vt non solùm quæ sint aut esse possint eorum themata demonstremus, sed & vnà methodum tradamus, qua iuxta horum analogiam in reliquis omnibus, tam simplicibus, quàm compositis, iisque vel regularibus vel irregularibus vniuscuiusque thema sit inuestigandum. Ac primùm quidem barytonorum, deinde circunflexorum, & tertio loco verborum in μι præsentia proferemus. postea ordine de cæteris temporibus singulatim agemus Barytonorum præsentia facilè agnoscet quiuis ex iis quæ in ipso statim huius opusculi limine recensuimus esse in vnoquoque vocabulo consideranda. & certè in his nulla prorsus inest difficultas, nisi fortè in paucis, quæ dialecto aut figura quadam poëtica sunt inuersa. in aliis enim terminationis tantùm est habenda ratio: quæ modò mutetur in ω si vocis sit actiuæ, aut in ομμαι si sit passiuæ, propriũ semper thema repræsentatur. cuius rei periculum facere licet in sequentibus exemplis, quæ licet difficultatem ferè nullam contineant, in medium tamẽ adducere placuit, veluti & nonnulla alia satis facilia: vt scrupulum omnem è quorundam mentibus tolleremus.

Thematum circunflexorũ terminationes

Aoristus primus Infinitiuorũ thematis loco positus.

Impersonalium themata.

Quæ vocabula hoc libello excutiantur.

De barytonorum præsentibus.

In subiectis præsentibus vt habeas thema, mutentur terminationes.

HAEC igitur sunt indicatiui tertiæ singularis: ἀπέχῃ, *sufficit, abest*: ἐφύῃ, *superpluit*, id est, *pluuia statim sequitur*: λύῃ, *vtile est*: μέλλῃ, *apparet, videtur, permanet*: μεταμέλῃ, *pœnitet*: πέλῃ, *est, fit, decet, conuenit*: συγκατευθύνῃ, *dirigit*: συμφέρῃ, *expedit, vtile est*: συναρέσκει, *placet quoque*: συνήκει, *conducit*: ὑπανίφει, *subningit*: sed hæc ferè impersonalia sunt: ideóque neque thema magis proprium inuestigandum. at in sequentibus non item: vt in tertia plurali eiusdem modi, φύουσι, *producunt*. In imperatiui secunda singulari, ἄπαγε, *apage, aufer, absit*: ἐπόπτευε, *absolue, reuerere*: οὖλε, *vale, sanus sis*: ὕπαγε, *facessehinc, apage*: quæ sunt veluti aduerbia. In tertia singulari, πειθέτω, *fidem faciat*: in secunda plurali, ἄειτε, *audite*: ἐέλπεται, *sperate* (ab ἐέλπω poëtico pro ἔλπω, vnde & in optatiuo ἐέλποιμι, *sperarem*: & in præsenti vocis passiuæ ἐέλπομαι, *puto, spero*:) ἔασιτε, *dicite*, pro ἔπετε addito σ, ab ἔασω pro ἔω ω, quod est ἀγορεύω: πλώετε, *nauigate*, à poëtico πλώω. In optatiui tertia duali, κωίτην, *irent*,

ει
σι
ε
ετω
ετε
ειτην
in ω

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

trent, abirent. in tertia plurali, ἔποιεν, *operentur*: κἀλίσχοιεν, *subsisterent.* in participio masculino, ἀειζώων, *semper vivēs*: ἀεννάων & ἀενάων, *perpetuò fluens*: ἔγχων, *obediens*: μέδων, *rex, imperator.* Participia sæpe reduntur per nomina: νήφων, *sobrius*: ὄλων, *delicians*: πλώων & πλὼν, *navigans*: σύναρχων, *collega.* in nominatiuo plurali, ἐπιπλώοντες, *procedentes, cum navibus venientes*: κονίοντες, *pulverem excitantes*: νωνέχοντες, *cordati* (hinc aduerbium νωνεχόντως, *cordatè, prudenter, consyderatè*, quod & νωνεχῶς] περιπλώοντες, *circumnavigantes*: περιξαΐσσοντες, *irruentes*: ἀντιφέροντες, *adversarij*: in fœminino singulari, ἀοιδύουσα, *cantans, tragœdia carens*: διδυμεύουσα, *quæ fœtibus est gemellis*: πλώουσα, *natans*: προύχουσα, *prominens*, à προύχω pro προέχω, 156.5. χερσεύουσα, *sola, malè culta*: in plurali περικλείουσαι, & resoluta diphthongo, versóque ε in η, περικληίουσαι, *concludentes, cingentes.* in neutro singulari, ἐλλεῖπον, *deficiens, defectus.* Participia neutra interdum per nomina substantiua reddūtur: μέλον, *curæ est*: participia neutra præcipuè quæ à verbis personalibus ducuntur, non rarò absolutè capiuntur, 228.3. μεταμέλον, *cùm pœniteret*: τὸ συμφέρον seu Atticè (210.20.) ξυμφέρον, *commodum & utilitas*: τὰ συμφέροντα, *cōmmoditates, res utiles*: συναῖρον, *secum aliud tollens*: τὰ συναίροντα, *secum alia trahentia, quibus sublatis altera quoque tollūtur.* In tertia singulari indicatiui passiui, vbi multa impersonaliter sumuntur, ἀβρύεται, *ornatur, delicia.ur*: ἀντιάδεται, *contrariatur*: ἀντερείδεται, *certat cum*: εἰδάλλεται, *apparet, videtur*: ἔμμεται, *saltat*: ἐνδέχεται, *licet, fieri potest*: ὀπτίφεται, *comburitur*: ἰδάλλεται, *apparet, videtur*: κατίσχεται, *coërcet*: κορθύεται, *attolitur, fastigiatur, efferuescit*: à κορθύομαι pro κορύθομαι per poëticam metathesim: κρυσταίνεται, *glaciatur, refrigescit, cogitur*: λεύσσεται, *dormit*: μείρεται, *patitur*: à μοίρομαι poëtico pro μείρομαι: περιάσσεται, *circumit*: περιήχεται, *circunnatat*: πείθεται, *fidem habet*: περσαρήρεται, *adiungit, aptat*: μαρύεται, *nexum est*, Doricum pro μηρύεται: σήνεται, *lædit, nocet*: σωεμφαίνεται, *innotescit*: πθάκεται, *mitescit*: τυρεύεται, *coit, concrescit*: φαίνεται, *visum est, apparet, videtur*: ὑπαγορεύεται, *præcipitur*: ὑπερεκχύνεται, *exundat*: in tertia plurali, ἐρρίζονται, *in radice manent, innituntur radice*: περέθονται, *volitant sublimes, mouentur, sunt instabiles*: ἠλαίνονται, *vertuntur, voluuntur*: πέλονται, *sunt, accidunt*: προύχονται, *prætendunt*, à προύχομαι, pro προέχομαι, 156.5. συγκαλέρχονται, *vnà redeunt*: συναποδύονται, *simul vestem exuunt*: ὑπεκφαίνονται, *sublucent.* In secunda singulari imperatiui, ἄγχου, *præfoceris*: οἶσθα, *puta, crede*: μετεύθυ, *muta sententiam*: φαίνου, *sac vt videare.* in tertia eiusdem, πελέσθω, *fit.* In secunda singulari optatiui, μαίνοιο, *insanias* in tertia eiusdem, ὑπερχύσαιτο, *augeretur.* In tertia singulari subiūctiui, πέληται, *sit, fiat.* in tertia plurali, ἔδωνται, *edant, & edantur.* apud Phocilidem: vbi etiam legitur ἔδονται, *edentur*, à futuro secundo indicatiui medij ἔδομαι, 154. 15. In participio masculino, ἐκρέμνος, *pendens, perpetuus*: ἐνδεχόμενος, *possibilis, contingens*: ἐνθόμενος, *moratus*: ἐπαφυσόμενος, *exhauriens*: πνόμενος, *percussus*: μελδόμενος, *tabescens*: οἰχόμενος, *mortuus*: ὁπλισόμενος, *versans in conspectum*: πεπαινόμενος, *maturus*: περιλιμπανόμενος, *superstes*: περιτηκόμενος, *liquefactus*: περιφαίνομενος, *vulgatus*: περιφλοιζόμενος, *tunicis conuolutus*: πεκτόμενος, *coctus*: πετόμενος, *volans*, vel est aoristi secund. medij à πετάομαι: περισκαπρευόμενος, *depranatus*: σεβόμενος, *colens, religiosus*: στρεφόμενος, *supinus, securus*: συμπαρεκτεινόμενος, *simul extentus*: συνελιπτόμενος, *implicatus orbibus*: συνεπασσόμενος, *sequens*: χωόμενος, *iratus*, poëticum est: ὠρυόμενος, *eiulans, rugiens, vlulans.* in masculino plurali, ἀντισκαλλατῶμενοι, *variantes*: ἀποπαλιτῶμενοι, & in accusatiuo, ἀποπαλιτωμένους, *placentes*: καταλλόμενοι, *demittentes*: κεκλόμενοι, *inuocantes, iussi*: ἁμενηνόμενοι, *affectu propensi, cupientes*: συμπαραφερόμενοι, *qui vnà feruntur*: ψαλαξόμενοι, *madefacti*, in fœminino singulari, περισσόμενη, *vastata*: ὑπονιφομένη, *pluuiosa, niuem emittens.* in neutro sing. ὀφειλόμενον, *quod contracta hypotheca concreditum est.* in plurali, τὰ ἀντιλεγόμενα, *controuersa*: συναποπτυκτόμενα, *cōgenita.* Sed hæc faciliora sunt, quàm quæ explicatione indigeant. veniamus itaque ad ea barytonorū præsentia, quæ dialectis aut figura quapiā sunt inuersa. & certè ea non sunt negligenda, quæ Attici è prima circunflexorū cōiugatione fecerūt barytona: de quibus 149.33 & 178.33. Hæc magna ex parte fiūt è finitis in ψίω, ξίω, σίω, λίω, aut si mauis ψῶ, ξῶ,

οιεν, ων } *in ω.*

Participia reddi per nomina.

ουντες, ουσα, ουσαι, ον } *in ω.*

Participia neutra pronominibus substantiuis.

Participia neutra absolutè poni.

ωνται in ω.

In sequentibus ac similibus barytonorum præsentibus, vt habeatur thema, mutentur subiectæ terminationes.

εται
ονται
ν
έσθω
οιο
οιτο
νται
ωνται
όμενος } *in ομαι.*
όμενοι
ομένη
όμενον
όμενα

Præsentia barytonorū dialectis inuersa.

Barytona facta è circūflexis Atticè.

Barytonorum præ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

sentia cum ψ, ξ, σ, *characteristicis.*

σῶ, λῶ, retracto accentu, & præsentis barytonorũ accepta terminatione quę in voce act. & med. à fut. primi terminatione nõ differt, nisi in quinta coniugatione. vnde fit vt huiusmodi præsentia finita in ψω, ξω, σω, fut. tẽporis esse credãtur, quòd ψ, ξ, & simplex σ, illius propriæ sint characteristicæ, præsentiũ autẽ regularium nunquã. In his cautio est adhibenda, ne eorũ thema vt in futuris, sed vt in præsentibus indagetur: vt videlicet sola terminatio in iis quæ sunt vocis act. mutetur in ω, & in ομαι in iis quæ sunt passiuæ, vt ψ in ω, in sequentibus, ἀναφέψω, *coquere*: ἀφέψω, *decoquere*: ἐναφέψω, *incoquere*: ἐξέψω, *elixare*: καθεψω, *decoquere*, vnde & in passiuo καθέψεται, *decoquitur*, à καθέψομαι: συνέψω, *concoquere*, & in participio præsenti passiuo, συνεψόμενος, *concoctus*, à συνέψομαι: προέψω, *antè coquere*: quæ cõponuntur ab ἕψω, *coquo*. idem iudicium de compositis ab αὔξω, *augeo*, vt ὑπεραύξω, *immodicè augeo*, *excrescere facio*: προαύξομαι, vnde προαύξεται, *præaugescit*: sic de cæteris ductis ab iis quæ locis citatis sunt enumerata, vt à μέλω in tertia singul. imperatiui, μελέτω, *cura sit*: & à μέλομαι in tertia præsentis indicatiui passiui, μέλεται, *curæ est*: quibus adde αὔσω, *audeo*: & λαύξω, *obtineo*, *conuiuor*, *delecto*. Ea quoque velim consyderari, quæ communiter desinunt in σσω, & Atticè in ττω, de quibus 39. 18. hæc enim in lexicis offendes nunc cum hac nunc cum illa, & quandoque sub vtraque terminatione absque vllo discrimine posita. Æoles hæc interdum per ζω efferũt: sub qua tamen voce vix inuenientur, sed sub σσω aut ττω. rursus iidem quædam in πτω scribũt per σσω: vnde in participio præsenti passiuo ὀσσόμενος, *circumspiciens*: & in tertia imperfecti eiusdem vocis ὄσσετο, *videbat*:, sine augmento, ab ὄσσομαι, pro ὄπτομαι: & cum Dorica præpositione προσ pro προς, προσπόσσομαι, in tertia persona προσπόσσεται, *aspicit*. Dorica etiam quæ pro ζ habent σδ (de quibus 3. 24.) non cum σδ, sed cum ζ sunt inquirenda: vt μελίδεται, *canit sussurrat*, nõ in μελίσδομαι, sed in μελίζομαι: interdum & alia figura immiscetur, vt aphæresis in φαεῖσδειν, *pila ludere*, pro σφαιρίζειν à σφαιρίζω. Bœoti hæc scribunt per geminum δδ, vt θεεῖδδειν pro θεεῖζειν, *metere*, *æstatem traducere*.

σσω & δδω in ζω.

Themata in σσω quærenda in ττω, & contrà.

ζω in σσω aut ττω.

215 In futuro primo indicatiui medij, ἀποτέξομαι, *enitar, fœtum inducam*: infinitiuus, ἀποτέξεσθαι, *enixurum eſſe*.

221 In aor. prim. indicatiui act. ἔξέπισε, *pœnas rependit*. In indicatiuo med.

Σκέλλω à σκλάω.
1 ἐκσκέλλω.
2 κατασκέλλω.
3 συσκέλλω.

Σπένδω à σπείδω.

Στορεννύω à στορέω.

Σστρώννυμι à στρώω.
1 καταστρώννυμι.
2 προστρώννυμι
3 ὑποστρώννυμι.

Τέμνω à τμέω.
1 ἀνατέμνω.
2 ἀποτέμνω.
3 διατέμνω.
4 ἐκτέμνω.
5 ἐντέμνω.
6 κατατέμνω.
7 περιτέμνω.

πίθημι à θέω.
1 ἀναπίθημι.
2 ἀποπίθημι.
3 διαπίθημι.
4 ἐκπίθημι.
5 ὑπαπίθημι.
6 καταπίθημι.
7 μεταπίθημι.
8 προστίθημι.
9 περιτίθημι.
10 προϋποτίθημι.
11 προστίθημι.
12 συντίθημι.
13 συγκατατίθημι.
14 ὑποτίθημι.

Τίκλω à τέκω.
ἀποτίκλω.

Τίνω seu τινύω à τίω.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ἐξετίσαϛ, & sine augmento ἐκτίσαϛ, *pœnas pependit.* In optatiuo, ἐκτίσαιμι, *pœnas sumpsissem*, ab ἐκτίνω, siue ἐκτινύω.

Τιρώσκω à τρώω. 224 In fut. pr. indicatiui act. κατατρώσω, *vulnerabo* In participio aoristi pr. κατατρώσας, *qui sauciauit.* in perfect. indicatiui pass. κατατέτρωμαι, & simplex τέτρωμαι, *vulneratus sum.* participium, τετρωμένος, *vulneratus, læsus.* paulò pòst futurum, τετρώσομαι, *sauciabor.*

τρέφω à θρέφω. 109 In aoristo primo indicatiui actiui, ἐπέθρεψα, *educaui*, 3. simplex ἔθρεψα, & sine augmento θρέψα, *nutriui.* in infinitiuo, ὑπερθρέψαι, *aluisse, educauisse*, 3. συνεκθρέψαι, *simul educasse*, 5. In participio medio, ἀναθρεψάμενος, *qui educauit*, 1. In perfecto indicatiui passiui ἐκτέθραπται, 2. & simplex τέθραπται, *educatus est*: vide 152. 11. In participio ἐκτεθραμμένος, *educatus, adultus*, 2. si scribatur ἐκτετραμμένος per τ, ducetur ab ἐκτρέπομαι, *inuertor*: hinc ἐκτετραμμένη πολιτεία, *mutata respublica*: συνεκτεθραμμένα, *quæ simul exaluerint*, 5. simplex τεθραμμένος, *educatus*: τὸ τεθραμμένον, *educatio.* In aoristo primo indicatiui ἐθρέφθην, & sine augmento θρέφθην, *nutritus sum*: cur non dicatur ἐθεφθην, vide 153. 10. infinitiuus, θρεφθῆναι, *educatum esse*: futurum indicatiui medij, θρέψομαι, *nutriar*: θρεψόμεθα, *nutriemur, alimentum capiemus*: θρέψονται, *nutrientur.*

1 ἀνατρέφω.
2 ἐκτρέφω.
3 ὑπερτρέφω.
4 συντρέφω.
5 συνεκτρέφω.

Τρέχω à θρέχω, & à δραμέω. 110 & 66 In fut. indicatiui act. ὑποθρέξω, *curram*, 2. In infinit. ὑποδρέξειν, *recursurum esse*, 1. In aor. prim. infinitiui act. καταδρέξαι, *percurrere*, 3. In particip. ὑπερθρέξας, *percurrens*, 2. παραθρέξας, *qui prætercurrit*, 4. Perfectum sumitur à δραμέω: vnde in plus quàm perfect. κατεδεδραμήκεσαν, & Atticè (146. 26. 29.) καταδεδραμήκεσαν, *incursionibus vastarant* seu *vastarunt*, 3.

1 ἀποτρέχω.
2 ὑπερ. 3 καθερ.
4 παρατρέχω.

Τυγχάνω à τεύχω & à τυχέω. 219 & 225 A τεύχω, vt in fut. pr. infinitiui medij, ἐντεύξεσθαι, *vsurum esse*, 2, simplex τεύξεσθαι, *iisdem fruiturum esse, fore.* in particip. ἐνθευξόμενος, *vsurus, consuetudinem habiturus.* 2. In perf. infinitiui pass. πεπεῦχθαι, & abiecto ε ex ευ, πεπετύχθαι, *obuiàm fieri*, 4. In particip. ἀποτελευγμένος, *frustratus, cui malè succesßit*: τὸ ἀποτελευγμένον, *quod voto non respondit*, 1. ὑπεθελευγμένος, *obnoxius*, 3. A τυχέω, vt in perf indicatiui act. ὑπετετύχηκε, *nactus est*, 3. In infinit. συμπεπετυχέναι, *cohærere*, per syncopen pro συμπεπετυχηκέναι, 6. nisi mauis deducere tanquam à συμπεπτύχω. In particip. πεπετυχηκὼς, *qui interfuit*, 5.

1 ἀποτυγχάνω.
2 ἐντυγχάνω.
3 ὑπερτυγχάνω.
4 περιτυγχάνω.
5 περιεντυγχάνω.
6 συμπεριτυγχ.

Φαύσκω à φαίω, vide 176. 11. In futuro primo indicatiui act. ὑποφαύσει, *illucescet*, 2. In aoristo pr. διέφαυσεν, *illuxit*, 1. simplex ἔφαυσεν, *exortus est, illuxit.* in subiunctiuo, διαφαύσῃ. *illuxerit.*

1 διαφαύσκω.
2 ὑποφαύσκω.

Φέρω ab οἴω, ἐνέγκω ἐνείκω, & ἐνέχω. 154 & 82. 83. 84. Futurum pr. sumitur tanquam ab οἴω: vt in indicatiuo act. ἀνοίσω, *referam*, 1. ἀποίσω, *auferam*, 2. διοίσω *differam*, 3. ἐξοίσω, *efferam*: ἐξοίσει, *efferet, deferet*: ἐξοίσομεν, *efferemus*, 5. ἐποίσει, *iniiciet*, 6. ἐπανοίσω, *sursum feram, efferam*, 7. παροίσω, *abrogabo*, 11 προσοίσω, *afferam, admouebo*: προσοίσεις, *admouebis* (legitur & προσοίσῃς, *admoueas*, vt sit aoristi prim. subiunctiui: sic in subiunctiuo medio προσοίσηται, *suscipiatis*) προσοίσεσθε, *offeretis*, 14. συνοίσει & Atticè (210. 20.) ξυνοίσει, *conferet, erit vtile*, 15. ὑπερνοίσω, *subuehar*, 17. In infinit. ἐξοίσειν, *patefacturum esse*, 5. καθοίσειν, *allaturum esse*, 8. συνοίσειν, *quadraturum esse, profuturum esse*, 15. in partic. τὸ συνοῖσον, *quod conferet, vtilitas*, 15. in indicatiuo pass. συνοισθήσομαι, *conferar, coniungar*, 15 in medio διοίσομαι, *exportabor*: διοίσεται, *exportabitur*, 3. ἐξοίσονται, *efferent, se recipient*, 5. προισόμαι, *capiam cibum*, 14. συνοίσομαι, *congrediar*: συνοίσεται, & Atticè (210. 20.) ξυνοίσεται, *continget, vertetur in vtilitatẽ, conferet*: συνοισόμεθα, *concurremus, congrediemur, præliabimur*, 15. in optatiuo, προσοίσοιτο, *accipiat*, 14. in infinitiuo, συνοισεσθαι, *actum iri*, 15. in particip. προσοισόμενος, *conflicturus*, 14. συνοισόμενος, *occursurus*, 15. Aoristus pr. vocis actiuæ & mediæ, veluti & secũdus, sumitur ab ἐνέγκω: sed futuri characteristica hîc non seruatur, quin potiùs præsentis, 147. 45. vt in indicatiuo act. εἰσηνεγκα, *intuli*, 4. ἐξηνεγκα, *protuli, extuli*, 5. κατήνεγκα, *detuli*: κατήνεγκε, *demisit, intulit, abstulit*: κατήνεγκαν, *detulerunt, accusarunt*, 8. μετήνεγκε, *diuertit*, 9. προσηνέγκατε, *obtulistis*, 14. συνήνεγκε, *conduxit, & contulit, operæpretium & vtile fuit*, 15. συμφήνεγκε, *contulit*: συμφήνεγκαν, *contribuerunt*, 16. ἐσήνεγκαν, *retulerunt*, 4. In imperatiuo, εἰσένεγκον, εἰσένεγ-

1 ἀναφέρω.
2 ἀποφέρω.
3 διαφέρω.
4 εἰσφέρω siue ἐσφέρω.
5 ἐκφέρω.
6 ὑπερφέρω.
7 ἐπαναφέρω.
8 καταφέρω.
9 μεταφέρω.
10 προφέρω.
11 παραφέρω.
12 προσφέρω.
13 συμφέρω.
14 προσφέρω.
15 συμφέρω.
16 συμφέρω.
17 ὑποφέρω.
18 ὑποφέρω.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

εἰσενεγκάτω, *infer, inferat* ſeu *intrò ferat*. 4. (eſt etiam εἰσήνεγκον, aoriſtus ſecundus indicatiui ſine augmento, pro εἰσήνεγκον, *induxi*: vnde & infinitiuus εἰσενεγκεῖν, *inducere*) προσενέγκατε, *traducite*, 12. In ſubiunct. διενέγκῃ, *deportaret*, 3. προσενέγκῃ, *offerat*: προσενέγκωμεν, *proferamus*, 14. poſſunt etiam cenſeri aoriſti ſecundi. nam in hoc verbo, veluti in ἔπω & ἀγορεύω. (400. 14.) vterque aoriſtus eãdem habet vocem in toto ſubiunctiuo atque in tertia perſona ſingulari indicatiui act. In infinitiuo, ἀπενέγκαι *auferre*, 2. συνενέγκαι, *ſimul conferre*, 16. In partic. διενέγκας, & in aoriſto ſecũd. διενεγκών, *præſtans, eximius*, 3. ἐξενέγκας, αντος, *efferens, qui extulit*, 5. παρενέγκαντες, *conferentes, adhibentes*, 11. προσενέγκας, *qui obtulit*, 14. συνενέγκας, *qui comportauit*, 15. In ſubiunctiuo med. ἐξενέγκωμαι, *reportauero*, 5. In infinit. ἀπενέγκασθαι, *referre, reportare*, 2. προσενέγκασθαι, *afferre*, 13. προσενέγκασθαι, *adhibere* 14. In participio, ἀπενεγκάμενος, *qui abſtulit*, 2. ἐξενεγκάμενος, *qui tranſportauit*, 5. ἐπενεγκάμενος, *importans*, 6. προσενεγκάμενος, *qui attulit, qui ſumpſit, qui eſitauit, qui cibum ſumpſit*, 14. Apud poëtas in his aoriſtis pro γ ponitur ι: aut ſi mauis, hæc tempora ſumuntur ab ἐνείκω ſeruata quoque præſentis characteriſtica: vt in indicatiuo act. ἐξήνεικεν, & depoſito augmento ἐξένεικε, *tulit, porrexit*, 5. ὑπήνεικαν, *ſubduxerunt*, 18. In optatiuo ſimplex, ἐνείκαι, & pleonaſmo τῦ κἀκνεῖκαι, *ferat*. In infinitiuo, ἐξενείκαι, *ferre, extuliſſe*. 5. In participio, ἀνενείκας, *referens*: ἀνενείκαντες ἄνα, *tollentes*, 1. ἐξενείκας, *qui extulit*, 5. ἐπενείκας, *qui intulit*, 6. In infinitiuo medio, ἐσενείκασθαι, *intuliſſe*, 4. ἐξενείκασθαι, *tranſtuliſſe, expilaſſe*. 5. In participio, ἀνενεικάμενος, *victus*, 1. Perfectum & tempora ab eo formata mutuatur ab ἐνέκω: vt in indicatiuo, ἐξενήνοχα, *extuli*, 5. Atticè vocis eſt actiuæ, 144. 1. communiter verò eſt vocis mediæ. 217. 14. ſemper autem ineſt reduplicatio Attica: vide 218. 4. ſic μετενήνοχα, *tranſtuli*, 9. συνενήνοχα, *profui*, 15. προσενήνοχε, *protulit, produxit*, 13. προσηνήνοχεν, *obtulit*, 14. In participio, ἐξενηνοχώς, *qui intulit*, 5. In particip. paſſ. παρεσενηνεγμένος, *abrogatus*, 11. προσενηνεγμένος, *qui ſe geſſit*, 14. συνενηνεγμένος, *ingreſſus*, 15. vide 152. 6. In aoriſto prim. indicatiui paſſ. προσηνέχθην, *euagatus ſum*, 12. ἀνηνέχθη, *perlatus eſt*, 1. ἀπηνέχθη, & ſine augmento ἀπενέχθη, *delatus eſt*, 2. κατηνέχθη, *cecidit, delapſus eſt, delatus eſt*: κατηνέχθησαν, *delati ſunt*, 8. προσηνέχθη, *acceſſit, oblatus eſt*: προσηνέχθησαν, *admoti fuerunt*, 14. συνηνέχθη, *euenit, contigit*, 15. παρηνέχθημεν, *aberrauimus*, 10. In ſubiunct. προσενεχθῆς, *allucineris*, 12. In infinit. ἀπενεχθῆναι, *deferri*, 2. συνενεχθῆναι, *contigiſſe*, 15 quod & συνενεγκθῆναι: vide 218. 10. In participio, ἐξενεχθείς, ἐξενεχθέντος, *delatus, euectus*, 5. ἐπενεχθείς, ἐπενεχθεῖσα, *obiectus, obiecta*, 6. μετενεχθείς, *tranſlatus*, 9. παρενεχθείς, *allatus*, 10. προσενεχθείς, *oblatus, denoratus*, 14. συνεχθείς, *collatus, comportatus, contingens*, 15. ὑπερενεχθέντες, *qui ſuperarunt*, 17. κατενεχθεῖσαι, *euerſæ*, 8.

In Aoriſt. primo indicat. act. κατέφησεν, *affirmauit*, 1. In optatiuo ſimplex φήσαι, Atticè ſiue Æolicè (57. 31.) φήσειε, *dixerit*. In infinit. καταφῆσαι, *affirmare*, 1. In perfect. indicatiui paſs. πέφαται, *dicitur* ſeu *dictus eſt*: προπέφανται, *prædicta ſunt*, 2. item *manifeſta ſunt*, à προφαίνομαι: atque ab hoc poteſt cenſeri tertiæ ſingularis aut tertiæ pluralis: vide 391 45. In imperatiuo, πεφάσθω, *ſit aſſertum, dictum ſit*.

Φημὶ à φάω, 164. 20.
καπάφημι.
προφημι.

231 In fut. indicatiui act. προφθάσει, *occupabit*, 3. In aoriſt. pri. προέφθασεν, *anteuertit, præuenit, occupauit*, 3. περιέφθασαν, *circunuenti ſunt*, 2. in imperatiuo, προφθασον, *præueni*, 3. in particip. προφθάσας, & poëticè geminato σ, προφθάσας, *præueniens*, 1. προφθάσας, *qui anteuertit*, 3.

φθάνω à φθάω.
προφθάνω.
προφθάνω.
προφθάνω.

233 In aor. pr. imperatiui act. ἀπόφθιθον, & ſimplex φθῖθον, *perde*. in optat. Æolico ἀποφθίσειε, *perdiderit*, 1. in infinit. ἀποφθῖσαι, *perdere*, 1. in plus quàm perfecto, ἀπέφθιτο, *interiit*, 1. κατέφθιτο, *periit*, 2.

φθίνω à φθύω.
ἀποφθίνω.
καταφθίνω.

238 In aor. pr. participij paſs. προφωχθείς, *antè toſtus*, à προφωγύω.

Φωγνύω à φώγω.

245. & 241. A' χεύω: vt in aor pr. indicatiui act. ἐνέχευα, quod & ἐνέχεα, *infudi, libaui*, 4. futuri characteriſtica abijcitur, atq; υ apud oratores ex diphthõgo ευ: à poëtis verò non rarò ſeruatur ευ, κατέχευα & κατέχεα, *effudi*: κατέχωας, *infudiſti*, κατέχευεν & κατέχεεν, *effudit*: κατέχευαν, *dieiecerunt*, 6. ἐπέχευε, *ſuperfudit, effudit*, 5. συνεχέαμεν, *confudimus*, 9. διέχευαν, *diffuderunt*, 3. in infinit.

Χέω à χύω, & à χεύω.
ἀναχέω.
ἀποχέω.
διαχέω.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

4 ἐγχέω. 5 ἐπιχέω. 6 καταχέω. 7 παρεγχέω. 8 περιχέω. 9 συγχέω.

συγχέας, *turbare, confudisse*, 9. In participio, ἀποχέας, *qui refudit*, 2. περιχέας, & poëticè περιχεύας, *circunfundens, perfundens*, 8. συγχέας, *qui confudit*, 9. simplex χέας, *qui fudit*. In infinit. medio, χέασθ. *fundere*. In particip. χεάμενος, *fundens*. Ἀ χύω: vt in perfect. particp. passiui, διαχεχυμένος, *solutus, fusus*: διαχεχυμένοι, *effusi, soluti, molliter educati*, 3 περιχεχυμένοι, *imminentes & adfusi*, 8. συγχεχυμένος, *confusus*: hinc aduerbium συγχεχυμένως, *confusè, promiscuè*, 9. In aor. pr. optatiui passi. διαχυθεῖεν, *exhilarentur*, 3. pro διαχυθείησαν, 153. 27. In participio, ἀναχυτεὶς, *redundans*, 1. ἀποχυτεὶς, *effusus*, 2. διαχυθεὶς, *exporrectus, exhilaratus*, 3. ἐπιχυτεὶς, *infusus*, 5. παρεγχυτεὶς, *effusus*, 7. περιχυτεὶς, *circunfusus*, 8. inuenitur etiam προσχυτεὶς, *adfusus*, à προσχέω, sed tanquam à προσχήμι. nam à χέω regularis aoristus prim. indicatiui esset ἐχήθην, vel ἐχέσθην: at à χῆμι fit ἐχέθην, *effusus sum*: vide 196. 18.

Χρῆ à χρῆμι siue χράω.

242 In aor. pr. indicatiui act. ἀντέχρησε, *suffecit, satisfuit*, ab ἀνάχρη: ἐξέχρησε, *suffecit abundè*, ab ἔχχρη.

χρώννυμι à χρόω. 1 ἐπιχρώννυμι. 2 καταχρώννυμι.

243. In aor. pr. infinitiui act. καταχρῶσαι, *tingere, fucare*, 2. In perf. participij pass. ἐπικεχρωμένος, *per summa coloratus*, 1. καταικεχρωσμένος, *tinctus*, 2.

Χώννυμι à χόω. 1 ἀναχώννυμι. 2 ἐπιχ. 3 καλαχ. 4 προχώννυμι. 5 προχ. 6. συγχ.

246 In aor. pr. indicatiui act. συνέχωσαν, *obruerunt*, 6. In infinit. ἐπιχῶσαι, *aggerem cumulare*, 2. In particip. προχώσας, *aggerens*, 4. προχώσας, *qui aggessit, qui exaggerauit*, 5. ἀναχώσαντες, *qui aggesserunt*, 1. συγχώσαντες, *qui obstruxerũt, subruentes, obturantes*, 6. In perf. infinitiui passi. προσκεχῶσθαι, & poëticè sine reduplicatione προσεχῶσθαι, *exaggeratum esse*, 4. simplex κεχῶσθαι, *exaggerari*. In aorist. pr. participij pass. ἀναχωσθεὶς, έντος, *aggestus*, 1. καταχωσθεὶς, *obrutus*, 3.

Ὠθέω ab ὤθω. 1 ἀνωθέω. 2 ἀπωθέω. 3 διωθέω. 4 παρωθέω. 5 περιωθέω.

248 In fut. prim. indicatiui act. ἀπώσω, *prohibebo*, 2. In medio. ἀπωσόμεθα, *respuemus*, 2. In aor. pr. infinitiui act. ἀνῶσαι, *reuerti, referri*, 1. In partic. ἀπώσας, *repellens*, 2. διώσας, *emeritus, rude donatus*, 3. παρώσας, *dimittens, negligens*, 4. In indicatiuo medio, ἀπώσαντο, *recusarunt, expulerunt*, 2. augetur Atticè, 144. 28. In infinitiuo, διώσασθαι, *per interstitium vi impellere & propellere*, 3. παρώσασθαι, *deuicere, differre*: inuenitur & cum augmento Attico παρεώσασθαι, 4. In particip. ἀπωσάμενος, qui repudiauit, 2. παρωσάμενος, *expellens*, 4. In perf. indicatiui pass. ἀπέωσται, *repulsus est*, 2. περιεώσμεθα, *sumus adiecti*, 5. augentur Atticé. sic participium παρεωσμένος, *proiectus, repudiatus*, 4. at ἀπωσμένος, *exagitatus, qui repulsam accepit*, 2. est sine augmento. In aor. pr. subiunctiui pass. περιωσθῶμεν, *repulsam accipiamus*, 5. In partic. ἀπωσθεὶς, *expulsus*, 2. περιωσθεὶς, *reiectus, exclusus*, 5.

SED Modus tandem aliquis imponatur huiusmodi præceptis, ac congeriei vocabulorum siue anomalorum, siue à thematibus obsoletis deductorum, siue quorum thema ob dialectum, aut licentiam poëticam, aut ob tropum siue figuram aliquam, aut ob aliam quancunque literarum mutationem est rudioribus inuentu difficile. Si quis enim hæc omnia vnum in locum coaceruata habere desyderat, profecto *Plus* (vt cum Ouidio loquar) *quàm quod fieri res sinit, ille petit*. poterũt tamen, vt opinor, ea quæ hoc libello ac toto volumine suis locis sparsim adducũtur (quæ omnia optimo, ni fallor, ordine in Indices operi præfixos relata sunt) ita sedulis adolescentibus satisfacere, vt nihil, aut certè parum, futurum sit in thematis inuestigandi ratione obscurum aut difficile, quod horum adminiculo, quasi lumine non possit elucere.

FINIS.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Perbreues in Clenar-
dum annotationes,

PER

Tuſs. Berchetum Lingonẽſem.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

TVSS. BERCHETVS LECTORI S.

PRAECLARVM illud grauiſſimi poëtæ dictum, quo monemur vt in præceptis tradendis breuitati ſtudeamus cùm ego magnopere probo, tum ijs maximè omnibus, qui docendi prouinciam ſuſceperunt, diligenter ponderandum vſurpandúmque arbitror: quòd præceptorũ multitudine obruta miſerè ingenia hebeſcant, & à percipiendis diſciplinis aut omnino deterreantur, aut certè nullo penè fructu in ijs conſeneſcant. At enim qui breuitatem vt rem ſummè neceſſariam & alijs præcipit, & ipſe ſectatur: idem etiam ſapienter præcipit, vt obſcuritatem, quæ cum breuitate vt plurimum coniuncta eſt, vitemus. Scilicet vt præceptorum multitudo ignauis ſatietatem & faſtidium parit, ſic obſcuritas ſtupidis deſperationem: vtrunque verò illis etiam hominibus, in quibus nec ſtudium nec ingenium deſideres, inſtitutum curſum abrumpendi neceſſitatem quandam magna rei tum literariæ tum publicæ iactura afferre proculdubio videtur. Verumenimuero huic tanto malo commodè vtilitérque occurri poſſe puto, ſi non ambitioſæ oſtentationi, ſed alienæ vtilitati ſeruientes, quæ aut ſuperuacanea, aut aliena, aut minimè neceſſaria luxurians ingenium nullo iudicio profundit, ea omnia reſecemus, & quæcunque artis ipſius cognoſcendæ ratio poſtulat, ea paucis quidem, ſed proprijs, vſitatis & ſignificantibus verbis explicemus. Illud enim mihi tantummodo compendium placet, quod nihil diſpendij aut ſalebrarum, in quibus hæreas, habeat, ſed in quo tuta, plana & aperta omnia pateant: ita vt nihil omnino tibi obſtet, quo minus rectè, quò contendis, eò, felicitérque peruenias. Ergo hæc ſententia nobis omnibus ſtet, non minus ſalebras & obſcura diuerticula, quàm ſinuoſas ambages vitandas eſſe, ſi quidem pretium aliquod operę in ſtudiorum curſu facere cogitemus. Nam vt fugienda eſt prolixitas, quæ alacritatem animi retundit, & currentem remoratur ac frangit: ſic breuitatem eam maximè ſectandam, quæ perplexi aut obſcuri nihil habeat, ad quod impingas, ſed vnde eluctari ac extricare te facilè poſſis, cùm docti omnes præcipiunt, tum noſtræ vtilitatis ratio ſuadet. Illud autem non vlla alia commodiori & faciliori ratione fieri poſſe videtur, quàm ſi, præter diſpoſitionis virtutem elocutionísque lumen, artis præcepta validis rationibus confirmemus, quas deinde illuſtribus & appoſitis exemplis ex auctoribus de meliore nota petitis illuſtremus. Nam ſi alterutrum aut deſit, aut non ſatis commodè conuenientérque tractetur, præcepta illa quamuis doctè & accuratè ſcripta, attamen quia manca, nec ſuis inſtructa partibus, à pleriſque ferè omnibus negligẽtur, nec iniuriâ. Fructus enim magno negotio decerptus, nec vlla voluptate, quaſi ſale condîtus, amarus certè quidem eſt, inſuauis, &, vt ita dicam, non ita fructuoſus. Qui verò tam doctum & egregium artificem præſtat, vt tum breuitatem perſpicuitate, tum perſpicuitatem grauitate temperet: is verò in non mediocris ingenij viris, nec meo vnius, ſed doctorum omnium iudicio eſt habẽdus. Quotus enim quiſque eſt Grammaticorum, Rhetorum, Dialecticorum, Philoſophorũ, Medicorum, Iuriſconſultorum, & Mathematicorũ, qui eam, quam profitetur artẽ, eo iudicio, fide, induſtria & accuratione tradat ac doceat, vt non ſæpiſſimè erret, labatur, hallucinetur, decipiatur & decipiat? Quæ vlla eſt ars, aut quod vſquã opus tam venuſtum, affabrefactum & conſummatũ, in quo non plurima vel deſint, vel deſiderentur? idque nõ ex Momorum iſtorum atque inuidorum, ſed eorum qui de rebus probè ſentiũt & candidè iudicant, ſententia. Nam minimè id mirũ eſt, ſi tu nec à moroſis & ſuperciliоſis quibuſdam bene audias, nec viris alienæ laudis æmulis omnino placeas, cùm ij vel politiſſima quæque & doctiſſima monimenta traducere ſoleant, vt aut grauioris ſcilicet eruditionis laudem captent, aut ſua eiuſdem

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

argumenti ſcripta edant, atque ita, reliquis, ſi modò poſſint, ſuppreſſis, auctoritatis pluſculum & nominis inde conſequantur. Age enim, quo tandem conſilio tot libellos ſubinde excudendos curas, niſi hoc ſic exiſtimes, ſic tibi etiam perſuadeas, poſſe te alienis lucubrationibus vel tenebras offundere, vel lucis aliquid adferre? Tanquam ſi multò eruditiùs, aut certè clariùs docturus & interpretaturus ſis, quod alius non ſatis accuratè tradiderit vel obſcuriùs ſignificauerit, aut amputaturus quod nulla neceſſitate effuderit, aut ſuppleturus quod prætermiſerit: aut denique ornaturus & exculturus, quod ille inornatum incultúmque reliquerit. Quanquam non modò non vitupero, ſed laudo etiam maximè doctorum virorum induſtriam, qui ad aliorum ſcripta emendanda & interpretãda ſuam omnem operam ſtudiúmque conferunt, in ídque incumbunt maximè, vt cum voluptate & vtilitate ſumma euolui ea & tractari à nobis poſſint. Alioqui meritò & habear, & ſim etiã impudens, atque vel alienæ induſtriæ parum candidus æſtimator, vel vtilitatis publicæ inimicus, ſi aliquam oſtẽtationis & ambitionis, aut operæ fruſtra collocatæ notam ijs inurerem, qui pietatis, reíque literariæ ornandæ, illuſtrandæ & propagandæ ſtudioſi, non ſolùm quod obſcurum, rude, lacerum & imperfectum eſt, id diligenter explicant, perpoliunt, interpolant atque perficiunt, ſuíſque omnibus numeris abſolutum reddunt, ſed etiam quod non eſt dictum priùs, magna ſui admiratione omniúmque vtilitate nobis impertiunt. Atqui de ijs tantùm loquor, qui nimium ſibi Suffeni ſua tantùm mirantur, aliena prorſus negligunt, quíque opus aliquod quantumuis elaboratum & accuratum, atque adeò, quantum quidem humana induſtria vel potius imbecillitas conſequi poteſt, perfectum, nunquam ita probant, quin ſe aliud longè ornatius & perfectius effecturos ſperent ac præ ſe etiam ferãt. Vnde enim nobis ſingulis ferè annis naſcuntur, & omnium oculis, auribus, & manibus obtruduntur tot Grammaticarũ, Rhetoricarum, Dialecticarũ, Ethicarum, Phyſicarum, Sphærarum, Arithmeticarum myriades? Ecquid autem opus eſt puerorum ingenia tanta multitudine, tanta varietate, tanta etiam infinitate obruere? Quin potius aliena ſcripta & præcepta crebrò reguſtamus, & in ijs acquieſcimus? Aut ſiquid in ijs deſideratur, (vt nihil eſt adeò abſolutum, ad cuius perfectionem aliquid accedere poſſe non videatur) id vel viua voce, vel editis breuiſſimis atque perſpicuis annotationibus illuſtramus? Etenim quod ab alijs eruditè quidem ſcriptum eſt, ſed obſcurè aut imperfectè, id commodæ interpretationis luce quaſi ſtellulis quibuſdam illuminare, &, quoad eius fieri poteſt, perficere minimè damno, ſed noua identidem præcepta cudere & recudere, nouas ſubinde methodos, epitomas, tabulas, inſtitutiones euulgare, &, vt cum poëta loquar, figere ac refigere, illud verò & rideo & damno maximè: neque vllum ſanæ mentis hominem puto, qui non idipſum & damnet & rideat. Nam præterquam quòd in tanta varietate hæremus dubij quid potiſſimum deligamus & ſequamur, iſta etiam nouitas, qua tantopere allicimur & delectamur, veterum obliuionem quandam inducit, aut faſtidium etiam & contemptum parit: faciúntque hæc inauſpicatò captata diuerticula, vt rectam, &, quod vulgò dicitur, Regiam viam nũquam adeamus, nedum frequentemus & teramus. Quinetiam auidè, ne pueriliter dicam, riuulos quoſdam cœnoſos plerunque & malè defæcatos ac noxios ſæpiſſimè conſectantes, ex fontibus ipſis tum limpidis tum ſalubribus, ex quibus illi manarunt, ne guttam quidem hauriamus. Quare ſummis illis totius literaturæ coryphæis & principibus viris ſua indigniſſimè decedit auctoritas, noſtris verò Muſis (dolendum) magna fit iniuria, deperítque vtilitas. Nunquid tamẽ à riuulis idcirco abſtinendum cenſeo? Minimè gentium, ſi modò ijs delibatis continuò & alacriter, quò te deducimus, eò contendas, vt de pleno fonte ſitim explere poſſis. Neque enim de re ipſa queror, ſed de multitudine, de varietate & nouitate nimia, qua plus quàm par eſt, onerati, diſtracti & pellecti, doctam illam & venerandam antiquitatem aut planè aſpernamur, aut certè non magni æſtimamus. Equidem, ſi quàm familiare & procliue optare eſt, tam id quoque perficeretur facilè, atque bene nuncupata vota ex animi ſententia ſuccederent, vellem, vt iſthæc tanta præceptorum multitudo circumcideretur, reſpueretur varietas, & tam effrænata nouandi licentia coercer etur, nullúſque vlli nouitati locus daretur, niſi quatenus illa aut verborum ſplendore, aut rerum grauitate, aut inueniendi acumine, aut dignitate collocãdi, aut

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

denique varia eruditione multiplicíq; vtilitate, vetuſtatis luminibus officere poſſet. Vetera enim multa ſunt partim leuia & ridicula, partim obſcura, ſordida & inutilia, addam etiam falſa & pernicioſa, quæ recentior ætas doctiſſima ſanè & politiſſima meliora effecit & diligentiſſimè perpurgauit atque illuſtrauit: vt ſi tam clarum lumen nõ acceſſiſſet, & hiſtoria & Philoſophia in denſiſſimis, &, quod aiunt, Cimmerijs tenebris iacerent ac propemodum ſepulta eſſent: Ne quis fortaſſe me noua & recentiora omnia repudiare velle putet: quibus contrà vetera multa tum grauitate & vtilitate, tum elegantia & perſpicuitate infinitis partibus cedere & ſcio & profiteor. Verùm hoc vnum iam ago, vetera, quæ præponderent nouis, nobis amplectenda, colenda & retinenda mordicus: immo verò quanquam aliqua ſui parte offendant (Nam vetuſtati quantumuis venuſtæ ſui næui inſunt, ſuæque rugæ & lippitudo, nec omnia in grauiſſimis etiam auctoribus æquè ſemper grauia ſunt) nõ ideo tamen ſui faſtidium animis noſtris inijcere debere: ſed potius conãdum nobis pro virili eſſe, vt fideli & ſtrenua cultura ſuus illis nitor ac dignitas, quæ vel longi æui ſitu, vel hominum inertia valde multum imminuta eſt, reſtituatur. Si quid autem nouandum eſt, id parcè fiat & modeſtè, nec niſi neceſſariò: alioqui longè nobis potior & antiquior debet eſſe publica ſalus & vtilitas, quàm ſola veterum auctoritas. Vtilitas, inquam, & ſalus publica, ſuprema lex eſto. Itaque (nam modus huic tandem rei adhibendus) vt antiquitati ſua dignitas ac auctoritas ſarta tecta, incolumíſque maneret, & publica interim, cui maximè illa conſultum voluit, non negligeretur vtilitas: næ doctiſſimorum & grauiſſimorum virorum, & eorum maximè qui Academijs præſunt, reíque literariæ, vt ita dicam, fræna moderantur, in hoc curæ & cogitationes omnino euigilare deberent. Primùm vt ex tot epitomis in vnum quodque artis genus conſcriptis, vna ex reliquis præcipuè deligeretur, aut certè ex ijs omnibus noua, quaſi corpus quoddam, conficeretur, quæ ad auctoris ipſius, à quo eæ omnes exaratæ & deſcriptæ ſunt, mentem, exemplar & archetypum optimè quadraret. Deinde quæ ſemel docti ſapientéſque viri amica coniuratione ſummóque iudicio è re publica conſtituiſſent, eorum magiſtratus ſummus auctor eſſet, edictóque caueret ne temerè quidquam in ijs vel immutaretur vel nouaretur: cætera autem id genus, quæ ab hac quaſi norma diſcreparent, ea vel non ederentur, vel edita proſtarent quidem, & pro cuiuſque arbitrio, ſi quid vtilitatis allatura eſſent, tractarentur. At non eo tamen loco neque numero haberẽtur, quo ea, quæ publica auctoritate comprobata fuiſſent: nec tanti denique eſſent, vt inſtituta iam & aliquot antè annis vſurpata huius vel illius auctoris docendi ac publicè proponendi ratio vel tantillum immutaretur. Quod quidem ſi fieret, comitiíſque habitis rogarentur ſententiæ, quænam Grammatica Græca ex ſexcentis editis potiſſimùm placeret (iam enim quæ de reliquis artibus & linguis præcipienda ſunt diſſerere, nec meî conſilij eſt, nec facultatis) equidem mihi dubium non eſt, quin doctiſſimi quique pedibus atque animis in hanc ſententiam irent, vnum maximè Clenardum retinendum, diſcendum, docendum. Sed quid comitijs & ſuffragijs ad eam rem opus eſt, cùm ſummo omnium conſenſu vnus ille Clenardus digniſſimus cenſeatur, quem noſtra hæc Academia terat & perſonet? Feliciſſimè ſanè & meritiſſimó. Quòd ſi plus temporis & iudicij in deligendo Latinæ linguæ Grammatico maiores noſtri olim adhibuiſſent, aut iam in cõuentu palam hac de re ageretur, ſententiæque non tam numerarentur, quàm ponderarentur, ſtatueretur, credo, rudia politis, obſcura perſpicuis, barbara Latinis cedere debere. Diligentiſſimus ſanè quidem Grammaticus Deſpauterius, & qui non iniuria Alexandro illi & reliquis eiuſdem notæ hominibus barbaris & inſulſis ſubrogatus & ſuffectus fuit. At quemadmodum rerum omnium viciſſitudo eſt, ætáſque ſuccedit ætati, ſic bono illi Deſpauterio ſuccedere pridem debuit Riuius aliquis, Philippus, Cornelius, aut alius quiſpiam eiuſmodi, à quo barbaries, perplexitas, obſcuritas & prolixitas nimia abſit, & in quibus percipiendis ac ediſcendis nec multum ingenij, nec temporis multum requiratur. Nempe Satis quercus, quod prouerbio dicitur: niſi fortaſſe ea vecordia atque amentia ſimus, vt frugibus in hominum vſum diuino beneficio repertis abſtinentes, glande adhuc veſci, aut potius paſci velimus. Sed de his alij viderint. Neque enim id nunc ago, vt de hac re aduerſus tot tantóſque viros, qui contrà ſentiunt aut faciunt, aliquid pro-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nuntiem : Nam mihi non ſumo tantum neque arrogo , vt meum conſilium valere debeat, ſed mihi tamen inuidioſum apud modeſtos & candidos homines fore non puto, ſi modeſtè & candidè meam ſententiam aperiam atque proponam. Ergo vt ad hoc noſtrũ inſtitutum iam propius accedamus: Quãquam ego Clenardum in Græcis & eos qui Clenardũ docent, vehementer laudem, nõ tamen tota errare via puto, qui alios etiam, delectu diligenter habito, & diſcant & doceant: quippe qui Clenardum non vſquequaque probem & admirer, tanquam ſi ille vnus citra exceptionem probari, atque in omnibus Academijs & in ore, auribus animíſque omnium verſari debeat. Nam multa in eo requiri cùm Guillonij, tum Anteſignani maximè commentarij in eum auctorẽ editi ſatis teſtantur. Teſtantur & id permulti docti viri, qui Grammatica Clenardi edita & ſæpius ac ſæpius lectitata, ab alijs & edendis & prælegendis deterriti non ſunt. Non eſt autem veriſimile te, ſi quid ſapias, quod ab alio iam , nec infeliciter, tentatum eſt , idem aggredi velle , niſi felicius id & abſolutius perfecturum te ſperes. Id quod feliciſſimè quidem ijs ſucceſſiſſe video , qui Grammaticæ opus in faciliorem & conuenientiorem, quàm Clenardus, ordinem digeſſerunt : quam rem ſi Clenardus ipſe præſtitiſſet , diligentis quidem & eruditi Grammatici laudem, ſi non cæteris omnibus, at certè pleriſque (bona illorum venia dixerim) facilè præripuiſſet. Verùm quid facias ? Nihil ab eodem tam accuratè fieri poteſt, quod idem ab alio, immo ab illo ipſo (ſi modò is ingenio ſuo temperet potius quàm indulgeat, omnéſque ingenij & induſtriæ neruos contendat) emendari & accuratius fieri nõ poſſit. Et verò ille ipſe Anteſignanus, ne longè abeam, illud ipſum egregiè & facilè quidem effeciſſet , ſi quantum operæ in Clenardo doctis & iuſtis commentarijs illuſtrando atque amplificando poſuit , tantum & induſtriæ ad eum commodiori & accuratiori ordine diſtinguendum adhibuiſſet. Atque ita demum eruditum planè artificem & inſignem citra controuerſiam Anteſignanum ſe præbuiſſet. Ad me autem quod attinet, ſi doctrina illi longiſſimo etiam interuallo ſecundus eſſem , aut certè quantum animo ac ſtudio, tantum & ingenio atque induſtria valerem , eniterer ſedulò pro mea in pueritiam formandam & moderandam voluntate maxima, vt nihil hac in parte & ab auctore ipſo & à me deſiderari poſſet. Quanquam cùm operoſus ille & adeò elaboratus , ſingulis videlicet & auctoris & commentatoris paginis ac verſibus reſpondens index , tum notæ arithmeticæ contextui & annotationibus paſſim inſertæ, mutandæ de-integro & diligenter cum ſingulis conferendæ plus tædij & difficultatis interpolatori adferrent, quàm vtrunque opus auctori atque interpreti vnquam attuliſſe videatur. Siquis tamẽ eſt puerorum inſtitutionis ita peritus & ſtudioſus , vt abundantia quadam otij, animi ac facultatis ingentem hanc molem euoluere & aggredi velit ac poſſit : id verò , nulla prorſum mea, ac ne auctoris quidem & interpretis inuidia ſuſcipiat : quorum manes contrà illi plurimum hac nec leui, nec inutili opera gratulabũtur, gratulabitur & tota Græcæ linguæ candidatorum cohors , quæ ſubſidij & compendij ad Græcam linguam facilius & commodius diſcendam aliquid inde conſequetur. Ego quoque illi ipſe candidè gratulabor, qui, quod ab alijs requiro & vehementer probo, effectum darem id ipſum tam libenter, quàm qui libentiſſimè, ſi tantum mihi facultatis & otij, quantum animi ſuppeteret. Sed mearum ipſe virium conſcius, & in onere, quod mihi non leue impoſitum eſt , ſuſtinendo plus ſatis occupatus , hoc vnum, quod iam poſſum & quod in procliui atque ad manum eſt, aggredior & tracto: quæ grauiora ſunt alijs accuratius atque ingenioſius excutienda relinquens. quale autem cunque illud eſt, tibi, ô candide Lector, candidè & liberaliter exhibeo, breues nimirum haſce annotationes, quæ diſcendo docendóque cùm ex me ipſo, tũ ex alijs maximè Grãmaticis vt potui optimè dudum deprompſeram , hoc ſanè conſilio , vt quæ in Clenardo manca videbantur, ſupplerem, & quæ obſcura, explicarem : in quo & mihi & meis nonnihil conſuluiſſe & ſatisfeciſſe ſum aliquando viſus. Scio me nonnulla interdum adnotaſſe, quæ in ipſo etiam Clenardo extent, quod nec diſſimulaui, illum ipſum ad ſui ipſius explicationem arceſſens : ſed id feci, quòd eò illa pertinere viderentur: quæ autem ſunt coniuncta, ſi commodè conferantur, ea lucis plurimum adferre ſoleant. Præterea ſi pleraque ex ijs maiori fortaſſe labore , quàm ingenio aut induſtria ex doctiſſimis quibuſque Grammaticis , quos certè mihi videre contigit,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(paucos enim tunc habui) collecta & huc tranſlata videbuntur: id ingenuè fatebor, & ſi peccare eſt, fatebor id quoque. At nullam hîc ingenij aut induſtriæ laudem mihi temerè arrogo: quin ſi qua eſt inde ad alios peruentura vtilitas, eam fere totam auctoribus ipſis, vnde ea ferè tota, ſecundum Deum, efloruit, vt debeo, ſic etiam tribuo. Quod autem præcipuè hîc mihi vendico, vnus eſt, quantuluſcunque eſt colligendi digerendíque labor, & vnum quo te nonnihil iuuare ſum conatus, ſtudium: id quod ſi vtcunque ſuccedet, ſatis ſupérque mihi & laudis & præmij adeptus videbor. Cæterùm, quæ ad pronũtiationis, vt videtur, recentioris probationem & confirmationem pauca ſtatim initio annotauimus, ea etiam doctiſſimis viris, qui hæc pluribus diſſeruerũt, adſcribes: quorũ iudicio & auctoritate, quæ grauiſſimis præcipuè rationibus nititur, ſtandũ potius cenſeo, quàm deprauata conſuetudine, & eorũ qui neſcio quam obiectant incommoditatem, pertinacia, aut, vt mollius loquar & modeſtius, timiditate, & ea quam fortaſſe Plutarchus vitioſam hîc non immeritò dixerit, verecundia. Hoc autem vnum ſi addidero, finem faciam: nam & epiſtolæ modus aliquis eſſe debet, & verendum etiam mihi eſt, ne epiſtola annotationum modum excedere videatur. Sed cùm alia de re quàm de hac leuicula acceſſione, dicendum mihi putarem, non potui conſilij mei rationem paucioribus complecti & explicare. quod pro tuo candore boni conſulas velim. Quod igitur vitandæ vituperationis & calumniæ gratia nequaquam ſilentio prætereundum videtur, hoc tandem vnum addamus, vt ne tu ignores, Quæ ad hunc auctorem illuſtrandum per me acceſſerunt, & mihi vni & meis tantùm qui meæ fidei commiſſi erant, me olim collegiſſe & adnotaſſe: de ijs verò promulgandis ne cogitaſſe quidem vnquam: alioqui me tum in colligendo, tũ in interpretando diligentiorem & accuratiorem operam adhibiturum fuiſſe. Sed cùm Librarius in publicam, ſua quidem opinione, vtilitatem, auctorem hunc additamẽto quodam ornatum apparere cuperet, animúmque ſuum induceret me ad eam rem adiumenti aliquid adferre poſſe: quanquam viderem leuidenſæ omnino munus eſſe hanc tantillam operam, quam multo iuſtiorem grauiorémque tum Anteſignanus nauauit, tum quiſpiam alius facilè nauare poſſit: ego tamen multis literis precibúſque victus, in lucem hæc emitti ſum paſſus, quæ tibi aliquantulum profutura putarem. Atque id tum libentius feci, tum confidentius, quòd magna pars ac ferè maxima, vt dixi, eorum quæ hîc leges, non ex meo ſenſu aut penu (quod ſentio quàm ſit exiguum, & rebus neceſſarijs non valde inſtructum) deprompta ſit, ſed è doctiſſimorum virorum, qui ea ipſi per ſe vel excogitarunt, vel aliena freti induſtria nobis impertiti ſunt, lucubrationibus & vigilijs emanarit. Quòd ſi, quantum mihi iam animi & voluntatis eſt, tantum etiam vel doctrinæ vel tranquillitatis & otij vnquam ſuppetet, etſi is non ſum qui ipſe mihi nedum vlli alij temerè quicquam de me pollicear, tentabo tamen, Deo duce, quidpiam aliud, vnde maiorem fortaſſe & voluptatem & vtilitatem ſis percepturus. Tu interim vale. E Muſæolo noſtro 5. Calend. Nouemb. 1580.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

PER BREVES IN CLENARDVM ANNOTATIONES.

PER TVSS. BERCHETVM LINGONENSEM.

Pag. 1 De literis.

BSonandum, vt prior ſyllaba dictionis gallicæ, *beſte*. ipſius enim literæ figura, quæ græcis & latinis eadē eſt, indicat eam apud vtroſque eandem habere vim, poteſtatem & ſonum. Id confirmat Euſtathius in Homer. β (inquit) μιμητικὸν τῆς τοῦ τραγάπων φωνῆς. & alibi, βῆ βῆ φωνῆς τραγάπων σημαντικόν. Idem Cratinus, Ὁ δ' ἠλίθιος ὥς τε τράγαπον βῆ βῆ λέγων βαδίζει. i. Is autem fatuus tanquam ouis bee bee ſonans, badizat, i. vadit.

Γ debet vbique eodem modo tũ græcis, tũ latinis pronuntiari, quæcunque tandē vocalis ſequatur. vni enim literæ vnicus tantùm ſonus tribuendus eſt.

E peculiare nomen non habet: nam Hebræis nulla eſt litera, quæ huic reſpondeat. Vnáque eſt ex iis quatuor, quas Plato in Cratylo ſcribit à græcis pronuntiari, quum reliquæ non enuntientur, ſed tantùm ipſarum nomina, *alpha*, *bêta*, & cæteræ omnes literæ præter ε, ο, ω, & υ. Dicitur autem ε ψιλὸν. i. exile, tenue, & gracile, ad differentiam η vocalis lõgæ, quæ vt *ê* vel *ee* fermè proferebatur: vel potius ſecundum Plutarchum, vt ε ab ει diſtingueretur. Nam veteres græci, ει non diphthongum, ſed literam vocabant.

H, aſpirationis nota in grādiuſculis literis, ſed diſſecta iam, anteriori parte ſpiritum aſperum ſeu denſum ſignificat, poſteriore lenem. valet *ê* longum: nec exiliter pronuntiādum, vt ἰῶτα quicum nihil habet commune, nec rurſum vt ε, vt apud nos *ego*: ſed vaſto quodam ſono, medio inter ε & α, à quibus ſæpe contrahitur: aut vt *e* in *honorês*, & in prima gallici nominis *bêſte*. itaque pronuntiandum, *bêta*, *zêta*, *êta*, & *thêta*, ore diductiore. Atque ita pronuntiatum olim fuiſſe à Romanis, teſtatur etiam notus ille Perſii verſiculus, Et potis es nigrum vitio præfigere Theta. Et Martial. Noſti mortiferum quæſtoris, Caſtrice, ſignum? Eſt operæpretiũ diſcere Theta nouum. neque enim ſcribitur apud vtrunque *thita*, vt vulgò iam & corruptè pronuntiatur.

I, pumilionem vocat Cæcilius, quòd omnium & figura & ſono tenuiſsima ſit ac minima. eſt enim μονόγραμμος. Eam Plato accommodam eſſe dicit ad exprimendum res ſubtiles & penetrabiles, vt ἰέναι, ἴτεον. itaque aliter proferenda η, υ, ει, οι & υ quàm ι, ne inter legendum incidamus in ἰωταχισμὸν & πολυΐωτα, quæ orationem faciunt exilem, eneruem, pipientem & confuſam. Neque enim ſonandum χεισὸς vt χεησὸς: neque κιὼν vermiculus frumenta corrodens, vt κύων canis: neque μικρὸν longum, vt μικρὸν paruum: neque λοιμὸς peſtis, vt λιμὸς fames: neque πότης obeſitas, vt ποιότης qualitas: neque denique μία vna, vt μυῖα muſca.

K eodem ſemper ſono, quacunque litera ſequente, pronuntiandum.

Σ pro aſpiratione ponitur in iis dictionibus quas à græcis ſumpſimus, vt ſemis, ſex, ſeptem, ſe, ſal, ſus, ſuper: nam græcis aſpirantur ἥμισυς, ἓξ, ἑπτὰ, ἅλς, ὗς, ὑπέρ. Malè autē pronuntiatur, quoties media eſt inter duas vocales: nam proprium ſemper ſonum retinere debet, vt in principio, ſic & in medio.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ϒ, huius ſonus medius eſt inter ι & ου, & tam græcè quàm latinè, vt u gallicum, enuntiandum eſt, non vt i: quomodo & Terentius, In *aſtu* ἄϛυ venit, non *aſty*, vt υ iam pronuntiatur. Itaque & in diphthongo dicetur *tau* non *taf*, vt prima in *audio*: vt dicetur infrá.

Ω, ὦ magnum ita appellatur ex collatione cum altero, quod paruum dicitur: magnum verò, ſiue quantitatem ſpectes, eſt enim natura longum: ſiue figuram, quum ſit veluti ex duobus οο conflatum (nam ante repertam temporis longi notam, vocales productas in ſcribendo geminabant.) proferendum autem vt οο duplicatum, non ictu quidem vocis, ſed productione, vt in dictionis latinæ ſecunda ſyllaba, *honôres*: ex qua vna dictione diſcimus quomodo pronuntiari debeant ο, ω, & η.

Ex ſuperioribus igitur vtcunque apparet β, γ, ζ, η, κ, υ, & ω ita abſurdè proferri, vt non ſolùm nomen amiſerint, ſed etiam veræ & genuinæ pronuntiationis nihil omnino retineant, atque adeò alium prorſus iam ſonum induerint. In μ, ν, & ταῦ, nomenclaturis & appellationibus potius quàm ſono peccatur, dum pro *mu*, *mi*: pro *nu*, *ni*: pro *tau*, *taf* dicitur. Reliquæ autem præter has literæ ſonuerunt olim, vt nunc ſonant, & ab omnibus citra controuerſiam ferè, rectè pronuntiantur.

Sciendum & hoc poſtremò, quod ad literarum numerũ attinet, Sedecim tantùm literas initio fuiſſe à Cadmo è Phœnicia in Græciam illatas, ſimplicibus ſonis, qui ſunt ſexdecim, ſignificandis inuentas. Quibus poſtea additæ ſunt octo partim à Palamede, partim à Simonide, quibus ſoni compoſiti exprimuntur: videlicet, η ω ζ ξ ψ ϑ φ χ: Id quod nulla quidem neceſsitate factum, ſed maximo tamen cum fructu, vt ſcriptio minus eſſet laborioſa, magíſque compendioſa. Nam pro geminata vocali vel conſonante εε, οο, πϛ, quibus longa notabatur, ſcribitur hodie η ω ψ, & ita de cæteris.

Pag. 2. Vocales ſic dicuntur quòd plenam per ſe poſsint vocem edere. Longæ η ω contractæ ſunt ex duabus breuibus, ſoláque vocis quantitate ab iis differũt, non voce vt vulgò quidem pronuntiantur. Ancipites δίχρονοι, in quibuſdam vocabulis longæ, in quibuſdã breues, in paucis indifferẽtes & variæ, vt apud Martial. Et quos ἆρες ἄρες decet ſonare. & illud Theocr. ἢ γὰ ἔρωτι Πολλάκις ὦ πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται. i. ò Polypheme, Quæ minimè ſunt pulcra, ea pulcra videntur amanti. qua de re etiam paulò pòſt.

Diphthongus eſt ſyllaba ex duabus vocalibus ſonum ſuum retinentibus conflata: ita dicta, quòd duos φθόγγους. i. ſonos efficiat. ſic vulgò grammatici. ſed dicendum potius, in vnam mixtam vocem coeuntibus (nam alioqui, quando diſtinctæ ſunt vocalium voces, duæ ſyllabæ naſcantur neceſſe eſt:) niſi addatur definitioni, quæ raptim & vno ſpiritu proferri poſſunt. Diphthõgus igitur, quaſi geminiſona, quòd ex duabus vocibus tertiam vnam efficientibus componatur.

1 2 3 4 5 6

Diphthongi propriæ reuera ſunt nouem αι ai, αυ au, ει ei, ευ eu, οι oi, ου ou, υι vel ῡι ϋι, ηυ εευ vel êυ, ωυ οου vel ôυ. ex quibus ſola ου rectè pronuntiatur. Súntque ita dictæ, quòd poſtulet eas naturalis pronuntiatio. i. quòd duæ vocales vt integrè ſcribuntur, ita integrè pronuntiantur: vel quòd vna eadémque ſyllaba geminæ vocalis ſonum edat. Alioqui diphthongus à vocalis ſono non diſtabit, ſi ſimplicem ſonum adferat. diphthongus enim non ſcriptura, ſed voce cernitur: aliás nõ diphthongus erit, ſed digraphus. Impropriæ ſeu abuſiuæ ſunt, quæ contra veram rationem & definitionem diphthongi ſcribũtur & proferuntur: in quibus ſcilicet prior ſolùm vocalis integrè pingitur & pronũtiatur, ι verò ſubſcriptũ nõ exauditur: itaque vt ſimplices vocales efferũtur, nec vocem compoſitam edunt. Sunt autem tres, ᾳ a, ῃ ê vel ee, ῳ οο vel ô.

1 2 3

Olim

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Olim ἰῶτα ipſum literis adſcribebatur, non ſubſcribebatur, minori tamen forma quàm præcedens litera, quaſi dimidiatum ι, hoc modo, α. η. ω. Quæ ſcribendi ad latus conſuetudo remanſit in literis capitalibus, Aι, Hι, Ωι. Id autem fiebat ad indicandas diphthongorum mutationes in contractionibus maximè, & ad ſimiles caſus diſcernendos, vt οἰκέω ὤικεον · τῷ λόγῳ in datiuo ſingulari, & τὼ λόγω in duali. *Pag. 3. ver. 1.*

Conſonantes vocem per ſe non edũt: ideo Platoni dicuntur ἄφωνα. i. vocis expertes. A Grammaticis σύμφωνα, quia cum vocalibus adiunctis ſonos ſuos communicant. Eæ ſunt vel Mutæ, vel Semiuocales: Mutæ nouem, tres tenues ſcilicet, π κ τ, quòd tenuem aerem efflent: tres aſpiratæ, quæ craſſum & denſum ſpiritum edunt, φ χ θ: proferuntur aere multo è gutture erumpente. tres mediæ β γ δ, quæ ſpiritu inter vtrumque medio efferuntur. Mutæ omnes meritò dictæ ἄφωνα γράμματα, quòd per ſe neque vocem edãt vt vocales: neque ſtrepitum, vt ſemiuocales. Aſpiratæ autem, non ſunt cum nonnullis dicendæ aſperæ, ſed denſæ ſeu craſſæ. Neque enim græcis dicũtur πραχέα γράμματα, ſed δασέα, quòd copioſiorem ſpiritum requirant, vt ſit earum opima & quaſi adipalis pronũtiatio. Illis itaque oppoſitæ non dicuntur lenes, ſed ψιλά. i. tenues & exiles. ρ potius eſt aſpera, & ι lenis.

Semiuocales ſunt octo, ζ ξ ψ duplices dictæ, quia binas includant cõſonantes, vel quia duarum literarum ſint compendia. ξ autem valet tantùm κς & γς, vt φοίνιξ ικος, ἄντυξ υγος, ambitus. Interdũ tamen κ in obliquis aſpiratur, ſed præter recti naturam: nam inter κ & σ locus aſpirationi nullus eſt. Itaque quamuis dicamus θρὶξ τριχὸς capillus, non eſt tamen putandum ξ in θρὶξ valere χς. Quatuor ſunt liquidæ ſeu immutabiles, ſic dictæ quòd ita ſint lubricæ, vt pronuntiando quaſi liqueſcant, nec in alias mutentur. quod pluribus Anteſignanus declarat. σ verò μοναδικὸν dicitur. i. ſolitariũ: aliis ἄσημον. i. ſine ſigno. neque enim vel liquida eſt, vel duplex, ſed ſui cuiuſdam iuris, immunis & ſine officio. Dictæ autem ſemiuocales, ἡμίφωνα, quòd vt nullas habeant vocales adiunctas, quandam tamen ſtrepitus & ſoni ſpeciem edant.

Alteram) Adde, Vt in apoſtrophis, verborum coniugationibus & nominum inflexionibus videre eſt. *verſ. 16.*

Valere) Adde, Tum vt retineatur huius literæ ſuauitas, qua Fabius teſtatur nullam aliam dulcius ſpirare: tum, quia debet inter tres duplices eadem eſſe analogia. cæteræ autem non valent σπ vel σκ, ſed contrà πσ & κσ. Itaque ζδσ non contrà σδ valebit. *verſ. 27.*

Vt σαπφὼ) Tenuis ante aliam aſpiratam nunquam apud græcos ponitur in eadem dictione, ſed ante ſuam poteſt, vt βάκχος, σαπφώ. Nam eadem aſpirata, nullis interpoſitis literis, geminari non poteſt. *Pag. 4. ver. 23.*

Syllaba, eſt ſpiritus comprehenſio ad vnam vocem exprimendam, eáque conſtat vel ex vna vocali, vel ex duabus vocalibus in mixtam vnam vocem coeuntibus, vel ex conſonante vna aut pluribus cum vna vocali aut duabus ad ſummum. Syllabis autem quatuor accidunt, Quantitas, Tonus, Spiritus & Paſsio. ι, Quantitate, ſyllaba eſt triplex, Longa, Breuis, Anceps. Lõga quatuor præcipuè modis cognoſcitur, Vocali longa, vt ἥρω: Diphthongo, quæ omnis longa eſt natura (niſi αι & οι in fine dictionis ſequente vocali vel diphthongo) vt αἰνείας: Poſitione, quæ ſemper etiam longa eſt, vt ἄρτος, φλὲψ: Et cõtractione, vt τὰς πόλιας πόλις, ἐδόαες ἐδόας. Breuis cognoſcitur breui vocali, vt ἔλεος. Quantitas in ancipitibus cognoſcitur maximè auctoritate poetarum: vt κιχάνω producit α, quod in ἀρετάω & βραδὺς corripitur. Si in eadẽ etiam voce vocalem non natura longam ſequitur muta cum liquida, ſyllaba eſt anceps, vt prima in πάτρης. Vocalem non natura longam intellige, *Pag. 5. ver. 29*

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vocalem omnem præter η & ω quæ natura ſunt longæ. 2, Paſsiones autem ſunt ἀπόσροφος. i.auerſio, de qua Clenardus. ὑφὴν ſubiunio ſyllabarum, quæ coniunctæ eſſe debebant,contrahendarum nota,vt ὅ τι quòd. tum ὑποδιαςολὴ ſubdiſtinctio.i.ſyllabarum,quæ diſiunctæ eſſe debebant,ſeparandarum nota : & ſæpe differentiæ cauſſa ponitur,vt ὅ,τι pro ὅτι quodcunque.eſt igitur paſsio virgula indicans dictionem affici. Sũt etiam tempora,ſeu notæ temporum,quæ longitudinem & breuitatem ſuppoſitarum vocalium deſignant : longum -,breue υ. 3, Accentus autem (i.toni ſeu apices & notæ, quæ eleuationem ac depreſsionem ſyllabarum indicant) ſunt tres : Acutus tres habet ſedes, vltimam, penultimam & antepenultimam. Circunflexus vltimam & penultimam. Grauis habet locum in omni ſyllaba quæ nec acuitur,nec circunflectitur, vt ἄνθρωπος primam habet acutam,reliquas graues,quia demiſſo & graui tono pronuntiantur. Acuto igitur accentu,ſyllaba pronuntiando attollitur. Graui, grauiter, i.abſque vlla vocis eleuatione aut mora enuntiatur. Circũflexus ex vtroque compoſitus,vtriuſque etiam naturam ſeruat .i. cum mora quadam effertur. Acutus & Circũflexus dicuntur principales,quia ſyllabis inſcribuntur,vt θεός,ποιῶ. Grauis autem,minus principalis,quia in ſyllabis ſolùm intelligitur,vt φιλοσοφία. non ſcribitur niſi in vltima ſyllaba,loco acuti in contextu orationis,cohærentiæ cauſſa. ſed τίς interrogatiuum,ſemper acutum retinet: item dictio acutitona,ſequente enclitica,proprium accentum ſeruat. Ergo grauis accentus duplex : Syllabicus,quem habent omnes ſyllabæ, ea excepta ſupra quam eſt tonus apice ſignatus, nec vnquam reuera pingitur : Grauis prædominans eſt acutus dictionum acutitonarum, qui ſcribendo & legendo in grauem mutatur in conſequentia .i. in contextu, non ſequente puncto, aut dictione enclitica: tunc enim,vt dixi,acutus non mutatur.

verſ.41. Longè) Adde : υ etiam capitale denſo ſpiritu ſemper notatur,vt ὑός,ὗς,ὑπερβαίνω,& ita in reliquis.

Pag.6.verſ.11 In *aſpiratam*) Adde,ſuam, vt ſup. Id quod etiam in compoſitione obſeruatur,vt ἀφαιρέομαι,ab ἀπὸ & αἱρέομαι.

ver.17. Pro *breuibus*) Adde : non ſequente in eadem ſyllaba, conſonante : nam μοῦσαι breue eſt, id quod accentus declarat : longa enim ante breuem circunflectitur : At αι in μούσαις longum : itaque & mutatus eſt accentus : nam longa ante longam acuitur. idem dicendum in φιλόσοφοι & φιλοσόφοις.

Adde ad regulam apoſtrophi : Nonnunquam etiam vocalis breuis incipiens dictionẽ reiicitur poſt longam,vt ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή'στι, pro πᾶσα ἀρετή ἐστι. Præterea vtimur apoſtropho in Craſi.i.contractione Attica duarum dictionum,vt τ'ἀγαθὸν,pro τὸ ἀγαθόν. pag.12.ver.23.& 155.25.

Pag.7.ver.15. γ ante γ græcè efferri poteſt,vt Latini in aggrego & aggero efferunt : quomodo κκ geminatum in voce ἐκκλησία. Sed γ ante κ,χ,vel ξ proferri non poteſt,præſertim in vltimis ſyllabis σύριγξ,φάλαγξ,λύγξ : quòd γ nullam habeat coniunctam vocalem cum qua cohæreat. ν autem his ſuperioribus literis præponi non poteſt.

verſ.18. Sonandum vt γ) Hoc nulla ratione grammatica nititur,ſed vſu tantùm corrupto. γ igitur ſonet vt ν,at κ ſuum ſonum retineat,pephanca.

verſ.19. τ poſt ν,vt d) Ridiculum hoc & abſurdum. nam ſi hoc admittamus,quí diſcerni poterunt τὸν τρόμον tremorem,& τὸν δρόμον curſum : οἶκονδε domum ſeu ad domum,& οἰκόν τε domúmque : ἐντελέχεια actus & perfectio,& ἐνδελέχεια aſsiduitas ſeu continuatio?

verſ.21. Vt mi) At facilior commodiórque fuerit pronuntiatio, ſi vnaquæque conſonans ſuum & legitimum ſonum retineat,vel ipſo teſte Fabio,qui ait apud

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Græcos nullam dictionem in μ finiri, nempe quia molesta sit eius pronuntiatio. Ridiculum igitur nescio quam prætexere εὐφωνίαν : nam εὐφωνία id suadet, quòd omnes literæ sonent, vt scribuntur.

Censent) Adde : & meritissimò quidem. Neque enim aut vlla ratione, aut veterum auctoritate confirmatur, sed corrupta solùm loquendi consuetudine à vulgo & inducta temerè primùm, & postea mordicus, omnium ferè consensu vsurpata. Quod doctissimi quique viri queruntur, & vt germanæ pronuntiationi suus restituatur honos vsúsque, pro virili nituntur Checus, Erasmus, Mecherchus, Ramus, & nouissimè omnium simul & grauissimè Gualterius, ex quorum fontibus nos hæc hausisse candidè profitemur. *vlt. ver.*

